legat. l. taz his. §. primo de do. causa mor. & istā
opinionē tenet Jo. and. in. c. si pater de testa. i
vi. & federi. de scenis consilio. cclxxiij. & celo
cclxxviij. dicens q^o nō fuit ausus consulere
cōtra istam partem. licet prima pars sit magis
equa & de mente littere alias nihil specialitatis
esset ibi pro anima. & ista opi. bar. mihi magis
placet vt inducatur per illum tex. aliqd spe
cialitatis alias illud verbum pro anima fuisse
ibi appositum frustra arg. l. si quando in prin.
de leg. primo. d. Jo. magis videtur inclinare in
alteram partem. Et q^o filius fa. possit testari
ad pias causas cum cōsensu patris. tenuit bal.
in. l. senium in fi. C. qui testa. facere possūt. & idē
voluit ibi saly. in pen. q. & ibi etiam no. ange. &
quod fil⁹ fa. possit testari ad pias causas. vo
luit bar. in. l. i. in versiculo tertio loco q^o qd
de filio fa. de sacro. san. ecele. & ibi in effectu di
stinguitur aut ē peculium aduentitium cui⁹ q^o
ritur patri vsufructus & tunc si filius in eodē
poterit p libito voluntatis disponere inter vi
uos sine patre q^o ipse poterit testari de eo ad pi
as causas etiam sine aliquo consensu patris p
d. l. i. At est peculium aduentitium de quo pa
ter habet vsufructum & tunc ad pias causas
testari poterit cum consensu tamen patris dic
vt ibi. late per bar. Sed bal. ibi i. x. vers. deinde
quero an filius fa. possit dicit &c. q^o imo etiā i pe
culio aduenticio in quo pater nō querit vsu
fructus requiritur consensus patris vt testa
ri possit etiam ad pias causas. vt. d. c. licet vbi
est expressum. Sed licet distinctio bar. in. d. l. i.
videatur multum sustentabilis tamen credo
cōmuncem opinionem fore veriozem q^o in om
ni peculio aduenticio requiratur consensus vt
patet in. d. c. licet quia excepto castrensi & qua
si castreli cōmuniter. ut ibi & cetera. Prodig⁹
autem vel dubius de statu suo an possit testari
ad pias causas vide bal. in. d. l. i. in versiculo
deinde quero quid de prodigo cum versiculo
sequenti. Et aduertendum tamen est fm bal. & sa
ly. ibi q^o si filius fa. patre permittente reliquit ti
tio & hospitali fundum q^o in persona Titij. Le
gatus nō valuit i persona vero hospitalis sic
Non tamen propterea est locus iuri accresce
di euz dictum hospitale nō admittitur nisi d
iure speciali. & sic portio deficiens nō accre
scit alteri portioni. l. mulieri & titio de condi. &
demonstrati. Quero vna cum Ty. & bal. & do
cto. in. l. ij. C. qui testamēta facere possunt. si pa
ter permittit filio in potestate testari & postea in
dicto testamento apponatur clausula si nō vs
iure testamenti &c. q^o etiam nō valebit vt dōa
tio causa mortis ex quo nō est facta de eo spe
cialis mentio. vt no. glo. magna in. d. l. qui i po
testate & per tex. in. l. filius fa. ff. de dona. & quod

ibi per glo. bar. ang. et docto. et idem tenet Ly.
et idem specu. in titu. de instru. edic. §. compen-
dioso versiculo quid si filius. Et ange. in. d. l.
qui in potestate dicit fore verum nisi fuisset p-
sens et acceptans ille in quem conferrebat de-
positio quia donatio causa mortis exigit so-
lum nudum consensum. et illo solo etiam per-
ficitur hodie. vt no. glo. no. i. l. cum pater. §. me-
nio. de lega. ij. et l. ij. C. de iure do. Sed Jo. de
imola in. d. l. qui in potestate videtur dicitur co-
tra ang. q. si specificiter non dicatur valeat ius co-
dicillorum donatōnis cau. mor. et cuiuslibet vo-
luntatis nō sufficit q. d. l. filiū. §. sed enī memi-
nisse requirit quod specialiter concedatur p pa-
trem filio q. donare possit causa mortis. Et iō
non videtur sufficere illa vniuersalis oīo vel
cuiuslibet alterius vo. nisi specialiter dicatur et
donationis causa mor. vt est casus in. c. que ad
agendum de procu. in. vi. facit. l. si quis caut.
et l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. ij.
Et istud mihi placet quia etiam si filio dat li-
centiam: simpliciter donandi nō posset donati-
onē cā mortis facere quia lex concedit qd spe-
cialiter hoc concedatur arg. no. per bar. in. l. p-
tor. §. i. ff. de noui. op. nū. p. tex. i. l. si. §. oēm. C. de
admi. tu. v. p. tit. d. opi. p. cordari. Aut p. cessit
q. possit testari et appu. c. la. Si n. v. iure testi.
et c. tūc q. nō est alia vltima voluntas nisi do-
natio cā mor. illa comprehenditur sub illis ver-
bis aut cuiuslibet vltime vo. Secus si non sūt
oēs specificate ut quia dicatur si non val. t. ius
testamenti valeat iure codi. et cuiuslibet vltime
voluntatis. Et quia per ista verba potest cōp-
hendi donatio causa mortis nō specialiter cō-
cessa arg. d. c. qui ad agendum facit. l. nominati
et l. titius in principio de liberis et postu. et ita
ita intelligatur opi. d. Jo. Quero an filiū. §.
possit donare causa mortis cum consensu p. r. i.
et dicendum est q. sic. vt est tex. in. l. tam his. §. i.
et ibi glo. bar. et docto. de donati. causa mor. et
no. cy. in. d. l. senius. C. qui testamenta faciē p. r. i.
Quero an debeat interuenire consensus pa-
tris et cy. in. d. l. senium non determinat. Sed
bar. in. d. l. tam his. §. i. in fi. dicit q. dictus cōse-
sus potest interuenire anteq. filius donat. d. l.
filiū. §. pari ratione. ac etiam potest interueni-
re in ipso actu donandi vt ibi voluit bar. facit. l.
fi. §. necessitatis. C. de bono. i. q. liber. et qd ibi
per glo. et omnes docto. et facit q. habetur per
glo. et docto. in. l. Si quis mihi bona. §. iussum.
de acqui. hered. Quid autem si filius ex se do-
nat causa mortis et postea pater consentiat gl.
in. l. mortis. ff. de donati. cā mor. tenz q. non v. z
nisi appareat q. tunc temporis consensus fili-
permanebat in eadem voluntate donandi qd
apparere potest per aliud iudicium ar. l. i. §. sed
si filiū. ff. de leg. ij. et istud tenet bart. in. d. l. in
mortis cā. Quero si filius donet cā mortis pa-
tre consentiente. an solus pater possit eam ruo-
care. istud habetur in. l. nec fratris. C. de dona.
causa mortis. et ibi cy. et omnes docto. et bar. in
l. ij. §. i. in fi. sequen. opi. Dy. ff. de dona. tenet q.
pater solus pōt reuocare quia pater videtur
donare. ergo potest reuocare. ar. l. pure. §. pen.
et l. apud celsum. §. apud iuli. de doli excep. qua
propter remedium est q. pater p. mittat non fi-

lio. Sed ei cui datur vel notario publico nō re-
uocare. quod est no. quia semel vidi de facto. et
aduertendum q. pater non potest prestare au-
toritatem vel consensum q. donet sibi et p. cō-
sequens non potest prestare cōsensum filio ad
sui vtilitatem. l. i. ff. de auct. p. stan. et quod ibi
per glo. bar. et docto. Quinimo non posset pre-
stare cōsensum filio q. donet causa mortis seruo
patris vel alteri filio in potestate que tandem q.
runt donationem dicto patri vt. d. l. i. coniuncta
l. i. ff. si quis a parē fu. ma. quod intellige v. z
de iure ff. vbi patri querebatur per filius q.
quid querebat hodie vero cum filius in pote-
state in aduentitijs quo ad proprietatem querat
sibi licet patri querat vsumfructum. l. cū op. i.
in principio. C. de bonorumq. liber. Necessa-
rio sequitur quod quo ad proprietatem que que-
ritur alteri filio posset pater consentire filio q.
donet causa mortis fratri suo et sic valebit quo
ad proprietatem. licet non quo ad vsumfructum
non valeat opus est quod pater quando cōsen-
tit filio q. donet fratri suo q. protestetur q. nō
intendit q. sibi aliquid queratur etiam vsum-
fruc. facit quod no. glo. in. l. possessio. §. i. ff. de
acqui. poss. Coniuncta auct. excipitur et in cor-
pore vnde sumitur. C. de bonorumq. liberto.
facit. l. iubemus. C. ad treb. et quod habetur per
glo. et bar. i. l. si quis pro eo. §. i. ff. de fideiussor.
l. is nulla. cum ibi notatis. ff. de iudi. l. frater a
fratre et ibi no. ff. de condi. indebi. Quero an fi-
liū. §. possit testari de dote patre consentiente
et Saly. in. l. sentum in fi. C. qui testamenta face-
re possunt. dicit q. non. quia. d. l. senium in luo-
casu loquitur iudistincte. i. g. et c. Et pro hoc a-
ducat q. no. i. l. filie. ff. So. ma. dicit tamen q. in
dicta dote dicta filia. hēt liberos suos h. r. d. e. f.
ab intestato secundū q. ipse notauit in. l. dos a
patre p. fect. Solu. ma. De hoc tū vltimo an fi-
lia habeat heredem nec ne. dicendum ē ut not.
docto. in. l. post dotem So. ma. et idem sequit
ang. in. d. l. senium in fi. allegat. l. pen. eo. ti. que-
ro an mulier que facit questum de corpore suo
possit testari et dic q. sic vt ē tex. in. l. Sed q. ma-
gna. ff. ad treb.
Sequitur glo. Minor. xxv. annis. maior tamen
et cetera.

Claruz nāq. est q. Pubes et sic maior. xiiij.
annis in masculo et maior. xij. in femina vti sti.
quibus mod. in principio et per consequens
pubes potest testari vt insti. quibus liceat face-
re testamentum vel non. §. preterea. et l. q. etate.
ff. de testa. nec ē opus q. dictam etate egressi fue-
rint. Quinimo etiam si penul. die dictoz. xiiij.
annozum post sextam horam noctis testamen-
tum condiderit dictum testamentum valz qm
tempus dicti ani non computatur de momen-
to ad momentum vt. l. auunculus de verbo. si-
gnifi. ergo cum testatur penul. die. xiiij. annoz
sue natiuitatis post sextam horam noctis dici-
tur testamentum fuisse in vltimo die dicti anni
xiiij. l. more Roma. ff. de ferris. ergo dies i. ce-
ptus quo ad testamenti factionem habetur pro
completo. Sicut alias in. l. ad rem pu. de mu.
et honoz. facit. l. pridie kalēdis d. ferijs. et quod
plene no. in. l. ij. §. minozem. ff. de minoz. Nam
fm Jaco. de hare. et Bal. in dicta. l. qua etate

vbi agitur de beneficio inchoando dies ince-
ptus habetur pro completo. Secus vbi agitur
de odio inchoando vel beneficio finiendo. nā
tunc fit computatio de momento ad momentū
vt no. in. l. ij. §. dies. ff. quando appella. sit 7 au-
cten. hodie. C. de appell. Quero an per statutū
fieri possit q̄ minor. xxv. annis non filiūsa. nō
possit testari. an valeat dictum statutum dicen-
dum ē q̄ sic vt sentit bar. in. l. ij. ff. de vulga. et
pupill. in si. pen. col. in versiculo secūdo ergo q̄
ro dixi. Nam posse testari 7 sic testamēti factio
ē publici iuris civilis ergo per statutum id tol-
li potest. vt. l. omnes populi de iusti. 7 iure.

Quero an constitutus in summo Senio sa-
ne mentis possit testari dic q̄ sic. d. l. senui. C. q̄
te. facere possunt. ergo post. xiiij. an. in quacūq̄
etate aliquis fuerit constitutus 7 in de crepita
etate dū modo. sit sane mentis 7 sui iuris. testa-
ri poterit.

Seqtur glo. Miles.

Primo querendum est quid quis dicatur
miles. Et miles proprie dicitur ille in quo con-
ueniunt illa sex de quibus per gl. in. l. penul. ff.
ex qui. maior 7 auct. de nra pn. §. si. Secundo q̄
ro an milites nostri temporis dicantur vere mi-
lites. 7 videtur q̄ non quia non sunt vere mili-
tes hodie quales requirit illa glo. igitur 7 cete-
ra. Sed aliqui docto. quos refert ibi bal. dicunt
q̄ ex quo milites hodie non habent superioris au-
ctoritatem 7 faciunt militarem professionē q̄
ipsi sint vere milites. inde militia ipsorum nō
est privilegiata. 7 debet vti iure cōmuni in ipo-
rum actibus. Sed Ly. Bal. 7 Saly. in. l. i. d. iu-
re 7 fac. igno. debent q̄ nō sunt veri milites q̄
quotidie stant in plateis 7 non in castris 7 per
consequēs non versatur i eis illa publica. vti-
litas de quo per glo. in. d. l. pen. ex quo sequitur
q̄ tanq̄ sine dignitate poterunt esse procur. in
iudicijs vt no. bar. in. l. militem. C. de procura.
7 in. l. filiūsa. §. veteranus. ff. eo plus dixit bal.
in. l. intestamento in si. C. de testa. mi. q̄ milites
nostri temporis negociantur contra titu. C. ne-
gocia mili. l. xij. 7 sūt magis ad pompā. q̄ ad
factum militie 7 sic sunt vt priuati sine vlla di-
gnitate. vt no. in. d. l. eos. C. de mili. testa. 7 istō
est tenendum quia etiam secūdo illos quos re-
fert bal. in. d. l. pen. dicta eorum militia non est
privilegiata. Ex his inferitur q̄ milites nostri
temporis debeant testari cum solēnitare iur. cō-
munis alias non valeret eorum testamentum.
Ex his inferitur q̄ docto. qui dicuntur etiā mi-
litare. l. fori cum ibi no. C. de aduo. diuer. iudi-
cum non sint militantes in castris pro re pub.
q̄ non possunt testari nisi secūdo formas iur.
ris cōmunis 7 aliter non valeret eorum testa-
mentum. Verum quia iura loquuntur de vere
militibus. ideo aliqua dicēda sunt circa dictos
milites. 7 eorum testamenta. Et sciendum ē q̄
dicti milites possūt habere duplex patrimoniu
vnum quod vocatur patrimoniu castrense.
aliud patrimoniu paganu ut. l. i. C. de tes-
ta. mili. l. si certarū. §. i. ff. de testa. mili. 7 iō euz
duobus testamentis miles decedere potest isti-
tuendo heredem vnum in paganis aliud in
castresibus. vt. d. l. i. 7 d. l. si certarū. §. i. d. ul

ta nāq̄z priuilegia habent veri milites ut ple-
ne recoligit 7 no. bar. vna cum oy. in. l. neq̄z. n.
§. i. ff. de testamento mili. 7 Bal. 7 Saly. in. d. l.
milites. C. eo. 7 omnino videas quia miles cir-
ca testamenta habet quattuor priuilegia. Prīo
quo ad formam testamenti. Secūdo quo ad p-
sonam testantis. Tertio circa personam insti-
tuti seu legatarij. Quarto circa dispositionis
substantiam de quibus videndum ē plene per
doctores in. d. locis. et inter cetera q̄ miles po-
test testari quomodo vult 7 quō potest. vt dixit
tex. in. l. i. ff. de testa. mili. vt. l. q̄z eodem titulo

Aduertendum tamen est q̄ licet possint ta-
li modo testari 7 potissime dum sint in expedi-
tione armorum. vt dicta. l. milites. Debet tamē
miles nomen heredis exprimere vel scribere
etiam suo sanguine in quacūq̄ materia. et in
pulvere vt dicta. l. milites. Non autem sufficit
annuere caput nomen heredis. ut ē glo. sing. in. l.
in fraudem in principio in verbo nuda de test.
milit. q̄ est no. nam etiam in pagano licet fidei
cōmissum nutu relinquere vt. l. nutu in princi-
pio de leg. ij. non tamen nutu heredem institu-
ere potest ut. l. heredes palam in principio. 7 ibi
bar. 7 docto. ff. de testa. 7 d. l. iudemus. C. eo. ti.
Secūdo sciendum ē q̄ testamentū militis nō
subiacet querele. vt. l. si. C. de inoff. testamēto.
dic vt ibi. Tertio in testō militis militantis nō
habet locum deductio quarte falcidie. ut. l. i. te-
stamento. C. ad. l. falc. nec deductio trebellia-
nice vt. l. i. §. penul. ibi idēq̄. ff. ad treb. 7 no. in
d. l. i. in testamento. Secus si eēt veteranus vt
l. si post 7 l. adueterai. ff. ad. l. falc. 7 no. gl. 7 do-
cto. in. d. l. intestamento. licet alia remedia tre-
bel. intestamento militis humani locuz vt nō.
in. d. l. intestamento 7 in. l. i. §. si filij. ff. ad trebel.

Quarto ad veriendum est q̄ licet paganus
instituat aliquem infundo non dato alio cho-
berede vniuersali. tunc institutus infundo he-
res erit in solidum recte fundi mentione. vt. l. i.
§. ex fundo. de here. insti. siue si vnum testamē-
tum. vt. d. §. ex fundo siue in secundo q̄ etiam
tollitur primum. l. si quis priore. ff. ad treb. Sz
dato alio coheredi vniuersali vel i quotta tūc
institutus in re certa habetur loco legatarij. vt
l. quotiens. C. de heredi. insti. Sed in milite si i-
stituat aliquem in fundo alio non dato cohere-
de vniuersali institut⁹ in fundo non erit heres i
residuo imo creditur a iure q̄tum ad residuū
patrimonij militem intestatum decessisse. Miles
enim p parte decedere testatus potest. 7 p
parte in testatus. Ista sunt verba tex. in. l. si mi-
les ex fundo de hered. insti. Secus si miles isti-
tuisset plures per verbum collectivum vt puta
Alium instituit in predijs vrbanis alium i Ru-
ficis aliū in ceteris i bus. Nam tunc v3 institu-
tio 7 pro inde habetur ac si sine partibus eos
heredes instituisset. 7 sic habebunt viriles. l. in
terdum in principio de hered. insti. 7 res suas
per pceptionē habebunt. facit. l. ex facto. de he-
red. insti. Iste videtur esse casus in. l. Si certa-
rum in prin. ff. de testa. mili. Sin autem miles in-
stituit vnum ex duabus vncijs alium ex vntia
Licet de residuo patrimonij nihil dicat tamen
in tres partes apparet dictam hereditatem di-
uisisse 7 sic vnus erit institutus in duabus par-

tibus et aliis in parte totius hereditatis. iste est
 lex. et casus in l. q. q. C. de testa. mili. de hoc ta
 men est videndum latius per Jo. de Imo. in
 d. §. si ex fundo in repetitione in versiculo in ea
 dem glo. in fi. no. diligenter ex hac glo. relata
 ad tex. vbi latissime dicit omitto breuitatis ca.
 Quinto licet paganus non possit aliquem gra
 uare de restituendo solum modo hereditates
 sempromij in qua rogans siue grauans fuit in
 stitutus in hoc vt transeant actiones ex trebel
 liano nisi etiam grauet de hereditate ppa ipsi
 testatoris in totum vel in partem. vt. l. ex facto
 in principio. §. i. ff. ad treb. et in l. cogi. §. sed et si
 quis non heres. eo. ti. Tamē miles potest gra
 uare aliquem de restituendo hēdit. sempromij
 in qua miles fuit ab eo institutus et transeunt
 actiones ex treb. vt est tex. in. d. l. cogi. §. Sed et
 miles. Sexto q. sicut paganus per verba obli
 qua relinquendo certam rem non dato alio co
 herede vniuersali non trahitur ad fideicomis
 sum vniuersale. vt. d. l. cogi. §. et generaliter. ita
 etiam in milite vt. d. §. Sed et miles. Septio
 milites in testando redacti ad ius gentium qa
 omissa solemnitate iuris ciuili testari possunt
 et sic corā duobus testib. vt. l. i. et ibi glo. bar. et
 cōiter doc. de te. mili. et l. milites. C. eo. ti. q. glo.
 volunt q. aut miles testatur dū ē in expediti
 one armor. et tūc sufficit constare legitimis p
 batōib. v. duobus testibus licet non rogatis.
 vt. ff. eo. l. lutiū. Cum autē nō occupat miles
 tanta necessitate in castris puta quis ē intento
 rio requiritur conuocatio et rogatio ut volūta
 tem militis audiant requirunt duo testes roga
 ti. vt. ff. eo. l. diuus et insti. eo. §. ij. Sin autē eēt do
 mi sue exigitur solēntas cōis vt isti. e. §. pe. et l.
 pen. C. de testō. mili.

Sequitur glo. Sanus per dei gram. Senu men
 te et intellectu licet corpore languens.

Vide tex. ad hoc. Sanū mēte. C. de trāfacti.
 aduertēdū ē q. i testate nō requiritur sanitas cor
 poris. l. paphilo. §. ppositū. ff. de lega. iij. l. hac
 pultissima. §. at cū humana fragilitas. C. q. te.
 fa. po. l. si alienā. §. si. de do. cā mor. et l. feciū. C. e.
 et facit tex. cū gl. in l. codicil. §. si. de leg. ij. cū m
 tis si. §. requiritur integritas mētis et intellect.
 ij. et l. diuersa. de te. Que valido mētis requir
 eo tpe quo testm facit. vt. d. l. ij. et d. l. i aduersa.
 ex quo infertur q. ille qui habet dilucida iterval
 la. si eo tpe. quo testat eēt. Sane mētis valeret
 eius testm h ante pfectōem testi eēt furiosus et
 h et postea i furore decesserit attēdit. n. tantū
 mō illud tēpus indiuiduū quo testat vt ē caus
 in. l. furiosū in fo rriso. C. qui te. fa. po. et ita cō
 tra. l. q. s. eēt sane mētis et intellectus et iciperz cō
 dere suū testm v. alia vltimā volūtate. et anqz
 pferat supueniat furoz et furoz eū inaserit ta
 le testm p nullo reputat vt dicit tex. in. d. l. fu
 riosum. i. respōso. et predicta pcedūt qn pstat
 quo tpe dictum testm p diderit. v. an tpe sane
 mentis an tpe furoz. Querit ergo si nō appz
 quo tpe dictū testm cōdiderit. et bal. i. d. l. furio
 sū que seqt ang. dixit intellectu dēbere ispici for
 mā et seriē verbor. platoz in. d. vltimavolun
 tate et si pueniat hōi sane mētis tūc tpe testi fu
 isse sane mētis al presumitur furibūdup p tex.
 l. l. ff. de here. insti. vbi fm ang. recte iacuenti

ē caus huius qōis. Sed si verba erāt mixta itaqz
 poterant puenire tā furioso qz sane mentis p
 sumetur furiosus. et si vnū solū verbum q. cō
 ueniat ptulerit furioso. ex quo erat furiosus
 h haberet dilucida interualla nisi liquidis ar.
 de sana mente pbare. vt ē tex. in. l. quedā i suo
 de condic. insti. facit. l. his qui de tutor. et cura.
 da. abhis. Unde nō ē attendēda largitas vbo
 rum q. dicit ang. fore dignum no. An presūat
 factū testm tpe furoz vel tpe sane mētis quā
 do hz dilucida interualla no. docto. i. d. l. furio
 sum et no. ang. et Imo. in. l. i. §. si. de verbo. obl.
 vide oio saly. in. d. l. furiosus. Querit an debe
 at pbari q. fm tps cōfecti testi iste fuerit furio
 sus et rñdet Saly. in. d. l. furiosum. q. sic. et opz
 q. pbetur vere v. presumptie v. q. ante testm
 erat furiosus ergo presumit et fuisse furiosus
 tpe testi in. c. fi. de suc. ab intest. et ibi gl. sup ver
 bo competere. et ibi tenet hoc Jo. an. et Inocē.
 Quali at pbetur furiosus no. i. l. nō codicilū
 C. de codicillis. et no. plene bar. i. l. ij. d. bo. pos.
 infan. de la. et habet in. d. c. fi. de succes. ab inte.
 et no. do. i. d. l. furiosū. et pbatur maxie p dispo
 sitōez dicti testi. nā. sēp inspicienda ē dispositō
 illi q. hz dilucida interualla. qm si ē legitima
 ordinatio testi vt quia puidit pro aia sua et isti
 tuit istituendos et disposuit vt qlibet diligens
 paterfa. tūc ex ipius act. qlitate presumit sane
 mentis: al psumeretur furiosus. S. l. titia i fi.
 ff. de i. offō. te. et l. pantonius. §. si. de leg. iij. cum
 si. Sin autē dispositio ē mixta qz pte sapit furo
 ris et partim sapit dispositōem hois sane men
 tis. et tūc nō v. quia nō fuit i toto testadi absqz
 furore. igr. et. Ita dicit bal. et saly. i. d. l. furio
 sus q. ē notā. qz semel ita vidi de facto. Scdo
 ergo pncipalr dixi q. requiritur itegralitas men
 tis. qro ergo si notari i pn. sui instrumti dicat
 Titius sane mentis et intellectus licz corpe lan
 guens pdidit testm oz. An pdicta verba nota
 rij pbetur q. fuerit sane mētis. et istā. q. mouet
 bal. in. d. l. ij. de testa. et determinat q. nō credi
 tur notario: nec p hoc statur eius dicto q. testa
 tor fuerit sane mētis qz talia nō picipiuntur sēsu
 corporeo s. magis iudicio itellus. et notario n
 credit nisi de eo qd sibi mādat in auct. de ta
 bellio. §. ix. et hoc legtur Raf. in. d. l. ij. Sed. d.
 Jo. mathare ibi hz p rariū q. imo p dictā atte
 statōem notarij sit pbata integritas mētis qa
 notario et sic officiali iuramto et pu. i. his que d
 pendēt ex suo offō creditur. l. diuus et q. ibi per
 bar. de custo. reco. l. vbi de fallis. Lea qdē. et qd
 Saly. et docto. C. de accus. et i. c. cōpati et quod i
 doct. de app. et in. c. qm ptra falsā de pba. et no.
 bar. in. extraua. ad repmen. in verbo p nūtiū
 Ideo cū tabellio i sua creatōe iuret fidelr con
 ficere istra et p pns nō pficere instra q. fierēt ab
 hoie nō sane mētis tō videtur ei credendū. nā
 hz i mente nō percipiat lensu corporeo. tñ idēz
 picipere pōt ex circūstātijs v. ex gestis et fmo
 nibus. vt. d. l. his qui. §. i. de tu. et cura. da. ab his
 et idēz etiam voluit Saly. hz alijs verbis v. taf
 in. d. l. furiosū. vbi dicit q. qlibet psumat sane
 mētis: vt. l. ij. C. q. te. fa. pos. ergo notarius dicē
 do dicta verba nō ponit nec iducit aliqd de no
 no nec iducit. S. declarat id qd ius dictat igr
 et. l. hēdes palā. §. hz si notā. de testa. sed tu te /

neas: opi. bal. primo quia si hoc eēt vey ipse no-
tarius videretur eē index et non testis ar. no. p.
bar. i. l. i. ff. si cer. pe. et tamen notari⁹ hētur loco
testis et nō vt index. l. domitius de testa. l. hac
cōsultissima. §. i. C. q. te. fa. po. Ista sūt verba no-
tarij enūciatiua v3. titi⁹ sanus mente cōdidit te-
stamentū zc. Et verba enūciatiua notarij nō di-
sponūt ēt iter ptes a qb⁹ ē rogatus. nisi in his
q ptes ipse possūt disponere vt. l. optimā et qd
ibi no. docto. cy. bal. bar. ang. et saly. de p. trah.
et co. stipula. et no. singlr bal. in. l. m. C. de rei
vendi. et istā partē puto veriorē. nisi forte nota-
rius in sua scriptura attestet se vidisse et intel-
lexisse certas circūstantias tā in facto qz in ver-
bis factas et prolataf p dictū testatorē ex quib⁹
cōphenditur sana mens testatoris vt qz nota-
rius in dicta sua scriptura dicat qz ipse testator
interrogat⁹ fuit de plurib⁹ et diuersis reb⁹ et ma-
tereibus taz ab ipso notario qz ēt a testibus et
ipse testator semp rñdebat ad ppositum rite et
recte vel qd aliud sife notarius attestet i dicta
sua scriptura vt dicit bar. in si. qn notarius at-
testatur dicendo in dicta sua scriptura diligen-
ti facta inquisitiōe nō fuerunt repti nisi. v. testes
q possant adeē dicto testō. qz tūc credit⁹ nota-
rio ita dicit bar. no. in. l. cōficiūtur. §. i. de iur co-
dicillo. in versi. qro dī ibi si nō pnt zc. nec ob-
mtat qz dictus saly. dixit v3 qz illa ē psumptio
iuris et tūc ēt ipse attestatur ex verbis et ex dispo-
sitis in te. nec ob. qz officiali publico credat qz
illud ē vey in illis q sūt pui p iudicij nō in his
q sūt magni p iudicij vt no. bar. in. d. Lea qui
dē. Et aduertat ad id qd supra dixi qz in testa-
toze nō requiritur sanitas corporis. lz i cōtrariū
faciat. l. iubem⁹ versi. si. n. talis ē. C. de testa. sed
bal. i. d. l. ij. C. eo. dicit qz. d. l. ij. et ea que supra di-
xi limitatur p. d. l. iubemus. v3 nisi eēt tāta ifir-
mitatis q lz nō auferet sensū et intellectū tñ au-
feret loquelā et virtutē scribendi qz tūc testa-
tor testari nō pōt nā talis testator eēt filis mor-
tuo vt dixit tex. in. d. l. iubem⁹. Pōset tñ talis i-
peditus lingua vt i virtute scribēdi fm bal. i. d.
l. ij. et pōt testari ad pias cās. qz testm ad pias
cās nō ē subiectū reg. iur. cōis civilis vt in. c. cū
tibi de testa et facit qz no. do. i. d. l. i. C. de sacro
san. eccle. et id eodē mō v3 oē legatū et fideicō.
nuttu vt. l. nuttu et qd ibi bar. in pñ. de leg. iij.
facit qz hētur et ibi p doc. in. l. i. §. i. de verb. ob.
lz hoc dictū nō plz raf. qz ista opi. ē cōtra tex. l.
discretis. C. qui te. fa. po. vbi imp. vult qz mu-
tus nō possit ēt libertatē relinquere in te. que li-
bertas eqparat pie cāe. l. cāzelauerat et ibi bar-
to. i. l. si. ff. de his qui in te. d. qz i testis possēt cō-
mitti multe falsitates et fraudes. l. si. de fideicō
mis. l. ij. §. qz labeo. et qz ibi p gl. de aqua plu. ar.
vñ si pp accerbitatē morbi testator nō pōt loq
vel scribere nō hēbit locū dispositio. d. l. nuttu
qz no. ad intelligētā. d. l. nuttu. qm. d. lex h3 lo-
cū qn tpe testi i codicilloz poterat loq. et ta-
mē n loqlla sed capite et hūeris nuttu et signis
reliqt titio legatū vl fideicōmis. facit. d. l. i. §. i.
de verbo. ob. l. si qz ifūdū vocabulo de leg. iij
Anū tamē tene mēti qz lz requirat loqlla vl vir-
tus scribēdi. et qz scribat tastator. l. discretis. C.
qui. te. fa. po. tñ sufficit qz testator. pferat inten-
tōem suā lingua. forte balbuciēti ista dixit tex.

no. sed notari⁹ v3 hñ eē caut⁹ qz qñ vidit testa-
toze nō hñ loqui et nō recte rñdentē nō scribat
ei⁹ testm. ita dicit bal. in. l. qdā i suo de conditi.
insti. Quero qd econtra si notarius dicat pe-
trus san⁹ corpe lz mēte lāguēs cōsiderās mor-
tis piculū. ita disposuit an valeat tale instm te-
stamentū et dicit qz sic qz p illa verba cōsiderans
mortis piculū apit qz notari⁹ errauit ergo tal-
error ideo pbat qz fuerit lāguēs in mēte nec ta-
lis error v3 nocere. ita dicit bal. in. l. imp. circa
pñ. ff. de stat. bo. Quid si notari⁹ dixit sana mē-
te lz corpe lāguēs. an pbetur infirmitas corpo-
ris et bal. in. l. i. C. de confess. versi. nūc sequit
qd de facto dicit qz nō qz illa verba sunt enūti-
atiue plata et facit qz supra dictū ē et ut dicit bal.
in. d. l. imp. de sta. bo.

Sequitur glo. nolens intestatus decedere.
Materia successiōis ab intestato tractat⁹ hic
ponā succinte ea qz latius p modū tractat⁹ re-
colegit et hñ recolende memorie. d. matheus
mathefelanus de bononia. et ab intestato succe-
dunt liberi corz parētibus so econtra parentes
succedūt eoz liberis. tertio transfuersales suo
alteri trāsfuersali vt ista hñtur in auc. de succes.
ab inte. per totū. capiam⁹ itaqz p mū mēbzū eo-
rum qz succedūt filij primi gradus equaliter pa-
tri vel matri d iure nouissimo. sublata diff. se-
xus et pñe ptātis. et i. d. auc. de hñ. ab intesta. §.
nulla vero. Et tales liberi pferūt oibus ascē-
dētib⁹ et trāsfuersalib⁹ i. d. auc. de hñ ab inte. §.
i. et in auc. in successiōib⁹. C. de suis et lege. et
si talis filius vl filia sit monach⁹ vel mōacha
qz nihilomin⁹ succedit vna cū liberis ut. l. d. eo-
nobis in pñci. et qz ibi no. C. de epif. et cle. nisi
fuisset ingressus religionē beatissimi francisci
nā post factā pfeccionē legitime incapax ē tam
in partitari qz i cōi qz nulli pōt ab intestato suc-
cedere in cle. exiuit versi. qz vero d verbo sig.
et hoc lz bar. i. iij. li. minorichaz i pñ. et pñci-
cta sūt vera nisi filius vel filia pp delictū suuz
ipediatur succedere qz sit passus maternā vel
mediā captis diminutōem. tūc. n. pdit oia bene-
ficia iuris civilis vl pñoz et sic nulli pnt ab inte.
succedere quo ad eoz vtilitatē nec ēt ex testa.
l. i. de hñ. insti. et qd ibi plene no. p doc. in. l. ex fa-
cto et ibi Jac. de bare. bar. ag. et imol. ad treb. et
l. si necesse. §. si de portato. ff. de bo. lib. insti. de
cap. di. §. quod at. qñqz nos loquimur de liberis
scōi vel vltioris gradus vt de nepotib⁹ vl p
nepotib⁹. et tūc aut sūt pcepti aū mortē eius de
cui⁹ hñditate agi. aut nō prio casu. aut supest
ille p que ipi defūcto cōiūgūtur et pstat eos ex-
cludi. Si illi vltimi hñditatē adire qz eos pce-
dūt i gradu. aut nō supest ille p que ipi defun-
cto cōiungebat. et tūc ipi reputāt psona illi⁹
et succedūt ano anie l. pauo et pauie et excludūt
oēs ascēdētē qd tñ limitat p casū. l. iij. C. d bo-
norum mater. Quero tūc an succedāt istirpē
vl i capita et dicas qz tūc fiet successiō i stirpes
et nō i capita istī. de hñ. qz ab in te. §. cū fili⁹. vñ si
moriat⁹ qz supstite vno filio et duob⁹ nepoti-
b⁹ ex alio filio p mortuo et quattuor p nepoti-
bus ex alio filio p mortuo sient de hereditate
tres ptes et vñ hēbit filius aliā duo nepotes.
aliā vero ipi qttuoz p nepotes. Sic ergo isto
cāu sublata ē dñ sexus et pñe ptātis. iñ subla

ta ē dīa vtz isti liberi cōiūgē defūcto per ma-
sculum an p femina. q̄ ē vtz nisi quo ad illas
q̄litate. an sint sui h̄des vl nō. Quāq̄ sup̄est et
ille p̄ quē defūcto isti p̄iūgebant. s̄z ip̄e h̄ dita-
tē r̄pudiat z tūc adhuc isti libi succedūt i locū
sui p̄ris repudiāt. q̄z quo ad effectū paria sūt
nō cē vl̄ repudiare. fa. l. i. C. q̄n̄ n̄ pe. par. q̄n̄q̄z
ille p̄ quē isti liberi vltioris gradus p̄iūgē
defūcto mortu⁹ ē z p̄ mortē p̄ris substituit. et
tūc i electōe istoz liberoz erit vel h̄ditatē p̄ri-
miparētis ex p̄sona sui p̄ris h̄re tāq̄z trāsmittā
p̄ti. C. de his q̄ an̄ ap. ta. l. i. an velint repudiare
ex p̄sona illi⁹ defūcti z h̄re ex p̄sona p̄p̄a. l. si
qs filij. §. i. de acq. h̄. iuncta. l. recusare. §. titi⁹
ad treb. Sc̄do vero p̄ncipali cān q̄n̄ liberi sc̄di
vl̄ vltioris gradus sūt p̄cepti p̄ mortē ei⁹ de
cui⁹ h̄ditate agit⁹ z tūc de iure civili z de iure
p̄torio vocātur ex p̄sona p̄p̄a ad succedēdum
nec h̄nt excludere agnatos. insti. de h̄. que ab i-
test. deffi. §. plane. s̄z ex p̄sonis pentū p̄t uoca-
ri p̄ h̄ficiū. l. i. de his q̄ an̄ ap. tab. Sc̄dm̄ mē
h̄z p̄ncipale erit q̄liter succedāt liberi natura-
les t̄m̄. z dicant sūt nati ex coitu dānato aliq̄ le-
ge t̄pali. aut sūt dānati ex coitu nō dānato. p̄ri-
mo cāu nullo mō matri p̄nt succedere q̄z sūt in-
digni dī legis h̄ficiū ēt quo ad h̄ficiū natu-
rale. In auct. q̄ mo. natura. effi. sui. §. si. col. vij.
z q̄ ēt m̄ri nō p̄nt tales succedere no. glo. z ibi
scripsi isti. ad orfi. §. nouissime. z no. glo. z do.
i. l. si q̄ illustri. C. ad orfi. z bar. z doct. in auct.
ex cōplexu. C. de icesis nup. S̄z de eq̄tate ca no-
nica inductū ē q̄ tales filij a pentib⁹ sint alēdi
vt in. c. cōtraheret de eo q̄ duxit in m̄rimoniū
eā quā po. p̄ adult. q̄ p̄stitutio locū h̄z ēt i terris
imp̄ij vt ibi s̄tit gl. z ibi voluit Anto. de butri.
z. d. cardī. z ita p̄sului z obtinui apud regiū. l. 3.
Imo. in. l. luti⁹. §. i. teneat p̄trariū de leg. i. z nō
h̄nt. ex quo seq̄ q̄ cū dos succedat loco alimē-
toz vt no. cy. bal. z saly. in. l. s̄cim⁹. C. de nup.
q̄ sicut p̄res tenēt alimētare tales libero ita eti-
am tenēt filiā tali mō natā dotare vt no. bar. i.
d. auct. ex cōplexu z in. l. si. ff. de his q̄. ut indig.
in. ij. coll. in verbo itē dico in dote. z idē voluit
bar. i. l. mēu⁹. §. duob⁹ de leg. ij. i. verli. ij. que-
ro ego sū obligat⁹ z c. de quo p̄ bar. in. l. eā quā
C. de fideicō. z quot mōis dicat⁹ coitus p̄hibi-
tus z nat⁹ ex coitu p̄hibito glo. maḡa insti. de
nup. §. aduersus. Sc̄do vero casu q̄n̄ tales fi-
lij nō sūt nati ex coitu dānato aliq̄. lege t̄pali
z tūc distinguēdū ē. aut q̄ritur an possint suc-
cedere m̄ri vel ascēdētib⁹ p̄ lineā maternā p̄tio
cāu dicēdū ē eos posse succedere matri z ascē-
dentibus p̄ lineā maternā p̄ inde ac si eēt ex le-
gittimo m̄ri. z sic p̄ p̄ris dicēdū ē eis succederē
vna cū alijs filijs natis ex legitimo mat. vt. d. §.
nouissime. z. l. modestinus z. l. si spurius. ff. vñ
cognati. et hoc fallit q̄n̄ mulier ē illustri quia
tūc distinguēdū ē aut h̄z filios naturales t̄m̄ ex a-
masio suo cum quo stabat vt concubina z ip̄a
z ei⁹ vir erāt soluti. z tunc tales filij naturales
t̄m̄ succedūt matri. ab inte. ēt cū filijs legitimi-
mis z naturalibus quos dicta mulier h̄uisset
an̄ vl̄ p̄. aut ip̄a mulier illustri. h̄z filios na-
turales vt meretrix. z tūc si ip̄a h̄z filios legit-
imos z naturales nō p̄nt succederē m̄ri illi spu-
rij. vt oīa ista p̄bāt in. d. l. si qua illi ustris al sic

z eodē mō tales spurij illustri sic non succe-
dunt matri ita nec parētib⁹ m̄ris isti. ad orfi. §.
i. Alias at̄ possēt succedere p. d. l. molesti⁹. So-
cāu q̄n̄ sūt naturales t̄m̄ nati ex coitu nō dān-
nato an possint succedere p̄ri vl̄ linee p̄ne di-
stingue aut p̄ ē penit⁹ incertus vt q̄n̄ m̄r erat
publica meretrix z claz ē q̄ alicti tanq̄z patri
ab itestato nō succedūt nec p̄nt succedere l̄z ali-
qs eos tractet vt filius. insti. de legi. agna. suc-
cess. §. vulgo. aut p̄ ē certus z tūc aut sunt nati
ex libero z libera. aut ex libero z ancilla. aut ex s̄-
uo z serua. p̄tio. cāu q̄n̄ sūt nati ex libero z libe-
ra tūc isti p̄nt naturali t̄m̄ ab itesta. succedere
in. vi. pte toti⁹ h̄ditatis his trib⁹ cōcurrētib⁹
p̄mo q̄ eoz m̄r idubitato effectū tenta fuerit.
z hitauerit in eadē domo cū amasio suo. alias
si hitauerit seorsū ex hoc coitu nati nō h̄nt hoc
p̄uilegiū succedendi q̄ p̄bat. in auct. q̄b⁹ mo.
na. eff. sui. §. si quis aut defūctus z no. in. l. pe.
z ibi hoc no. dy. cy. bar. z dēs do. de cōcubi. So-
q̄ huic p̄ncipali patri tpe sue mortis nō super-
sit aliqs de suis liberis legitimis z naturalib⁹
Tertio q̄ tpe mortis huic patri nō sup̄sit vxor
legittima. d. §. si qs at̄ defūctus z. §. hoc ip̄o custo-
diēdo z i auct. l. 3. C. de nat. liber. deficiēte. ergo
vno de istis trib⁹ nō p̄nt ab itesta. succedere.
isti filij naturales z bec. p̄cedūt i naturalib⁹ li-
beris p̄mi gradus. i. liberis at̄ naturalibus se-
cūdi gradus vt i nepotib⁹ z p̄ nepotib⁹ Sec⁹
ē q̄ illi nūq̄z p̄nt auo vel p̄ auo paterno ab in-
te. succedere. l. si. i. fi. C. de naturali liber. que lex
ēt hodie māet in correcta in auct. q̄ mo. na. effi.
sui. §. de nepotib⁹ q̄ ē valde notādū. q̄z multi
dicerēt p̄trariū. vt sentit gl. i. d. §. de nepotibus.
z dy. i suo tractatu de success. ab itesta. q̄ nō ē
vz vt. ll. correctio sit euitanda z p̄ hoc tex. i au-
ct. qui. mo. na. effi. sui. §. filij. vero ibi nullū t̄m̄
h̄z p̄icipium ad succedētes z c. Secundo casu
p̄ncipali q̄n̄ sunt nati ex libero z ancilla eius cō-
cubina. z tunc aut isti filij non sunt māumissi z
remanēt serui. z sic ab itesta. succedere nō pos-
sunt insti. d. serui. cogna. in p̄n. aut sūt māumissi
z tunc possunt ab itestato succedere matri. Si
manumissa moriat⁹. itē p̄nt succedere p̄ri natu-
rali z parētibus p̄ris naturalis in solidum ab
itestato ēt cū alijs filijs conceptis z natis ex
legittimo matri. vt insti. de serui. cogna. in p̄nc.
sic ergo i illo casu sunt multa p̄uilegia. z p̄mo
q̄ filij naturales t̄m̄ patri succedūt ab in te. in
solidum. Secundo q̄ succedunt cum alijs fi-
lijs natis postea ex legitimo mat. z ēt cūz alia
muliere p̄tracto. Tertio q̄ tales libi naturales
t̄m̄ succedūt ab itestato et parentibus patris
vel auo z auē z sic de singulis. insti. de serui. l.
cogna. §. i. ibi hic liberos z c. cōiuncta regula. §.
si insti. q̄ dari. tu. poss. z t̄m̄ in oibus istis Sec⁹
ē in liberis naturalib⁹ t̄m̄ natis ex libero z libe-
ra vt supra dixi q̄ no. Tertio cāu quando sunt
nati ex suo z libera idem dicēdū vt dixi in p̄-
ximo cāu z idē dicēdū ē i. iij. cāu q̄n̄ hoc suo
z ancilla eius concubina si filij nascantur z po-
stea tam parentes q̄z filij manumittuntur vt in-
stit. de sui. cogna. per totū. Tertiu mēbz p̄nci-
pale erat quando loquimur de liberis legitimi-
mis tantum. z tunc aut loquimur de adoptiuis.
z tunc de filijs arrogatis. p̄mo casu aut non trā-
aa ij

fuert in potestatem adoptatis, quia fuit ab extraneo adoptatus et in nihilo succedunt illi ab intestato. l. Si quidem et l. penul. C. de adoptio. Secus si transfret in eius potestatem. Et ibi, et hoc non est correctum in autentica in successione. C. de suis et legibus et dicendum est ut habetur in dicto. §. Sed et si quidem, et institui, de heredi ab intestato, §. admonendi. Aut loquimur de filiis arrogatis, et clarum est eos ab intestato succedere, ut suos. l. i. §. suos de suis leg. Nec de facili presumitur facta fraus ut in arrogatione facta per principem cuius ista fiat causa cognita.

Secundus articulus principaliter est vide re. Qualiter ascendentes hodie succedant descendentes et de hoc similiter facio quatuor membra. Aut loquimur in ascendentes legitimis et naturalibus. Aut in naturalibus tantum qui tamen postea facti sunt legitimi. Primo casu dic quod si non supersunt aliquae personae defuncte aliqui liberi legitimi tantum, vel naturales tantum, qui sint tales qui possint ab intestato succedere in solidum exclusis ascendentes quibus quod qualiter sic patet ex supradictis in alio membro, tunc vocantur parentes proximi in gradu ad successionem ab intestato. Unde cum quis habuerit tales liberos defunctus in potestate vel habuerit, licet aliquo modo exierint paternam potestatem, ut in autentico de heredi que ab intestato, §. i. et §. consequens et sic est correctus textus in dicta. l. penul. §. si vel parens: vel clarius sic dicas aut superest pater vel mater defuncte personae et ipsi ab intestato succedunt pariter in autentico de heredi ab intestato, §. consequens. Si tamen filius vel filia que defunctus erat in patria potestate per eius mortem non extinguitur usufructus bonorum aduentitiorum qui erant penes patrem, quia morte proprietarii non extinguitur usufructus. Sed usufructuarii morte sic institui, de usufructu, §. finitur not. in. l. ij. C. de bonorum mat. Et hec procedunt in acquisitis ab extraneis. In bonis autem a patre tantum, vel ab aliquo ascendente de linea paterna que perueniunt ad filium solus pater succedit excluso matre, et e converso sola mater succedit excluso patre in que sitis a matre vel ab alio ascendente de linea materna. Nam hic est penitus eadem ratio que est in. l. quod satis, C. de bonorumq; liber. secundum intellectum Barto. Aut supersunt parentes disparces in gradu et clarum est quod preferuntur proximior. Unde mater excludit avum paternum etiam quo ad bona que sita a patre vel linea paterna, ut dicto, §. consequens et in autentico, defuncto. C. ad tertul. Et ibi nota. an gl. tertia quam omnes sequuntur et bene. Licet Jaco. butri. teneat contrarium et non bene. Aut supersunt parentes secundi gradus vel tertij gradus qui tamen inuicem sunt equalis gradus. Et tunc fient due partes. Nam unam partem parentes habent ex linea paterna siue sint plures siue unus aliam partem habent parentes ex linea materna, siue sint unus siue plures. Sed hoc fallit in acquisitis ex una linea tantum, quia tunc in illis bonis succedunt tantum parentes de illa linea, ut est casus singularis qui non est

alibi secundum bar. in. d. l. q. scitis et hoc etiam tenet Bar in aucten. itaq; C. comunia de success. predicta omnia procedunt quando defuncto non supererat aliquis frater vel soror utriusque coniuncti vel filius vel filia fratris vel sorores utriusque coniuncti ubi, at supersunt fratres vel sorores utriusque coniuncti plures vel unus vel supersint filij utriusque coniuncti tunc ipsi faciunt alter alteri formam succedendi, nam tunc fit successio in capita secundum numerum personarum et non in stirpes nisi quando supersunt plures filij ex fratre vel sorore utriusque coniuncti, nam illi omnes reputantur pro uno ut in auct. ut frater filij in principio, et sic quo ad eos tantus fit successio in stirpem. Sic ergo ipsi transversales admittuntur ad succedendum una cum patre et matre. Similiter quando non supersunt pater et mater admittuntur ipsi transversales ad succedendum simul cum avo et avia paternis vel maternis, et similiter ubi soli pro avo vel pro avia supersunt ut dicto, §. consequens secundum utrumque intellectum que ibi ponit glo. in verbo proximi que communiter tenetur a doctoribus. Fratres vel sorores ex uno latere tantum coniuncti vel filij eorum nullo modo vocantur ad successionem ab intestato, simul cum aliquo de ascendentes per lineam paternam vel maternam ut. d. §. consequens, et est nota. in omnibus casibus in quibus fratres vel sorores utriusque coniuncti succedunt una cum parentibus vel filiis fratris et sororis, et nunquam partium tangentium eos acquirunt usufructus parentibus in quorum potestate constituti sunt ut. d. §. consequens et ratio specialitatis ibi ponitur in text. et no glo. in. l. ij. C. de usufru. Et est advertendum quia privilegium concessum filiis fratrum et sororum utriusque coniunctorum non extenditur ad nepotes ut no. glo. in auct. post fratres. C. de leg. h. quia in materia exorbitati appellati filij non continentur nepos, ut in sti. qui. da. tu. poss. §. si. et predicta sunt vera nisi parens qui vult succedere transierit ad secunda vota. Et ideo pro clarior doctrina sic est distinguendum aut loquimur in patre aut in matre aut in alijs ascendentes. primo casu et mater habebat unum solum filium, et ille succedit ab intestato etiam quo ad proprietatem et si ipsa vivente filio transierit ad secunda vota. l. fratre in fi. C. de secun. nup. et no. bar. in auct. ex test. C. eo. Aut mater habebat plures filios ex eodem matrimonio tunc hodie siue ipsa transierit ad secunda vota ante mortem alius cuius filiorum siue post mortem unius potest filio morienti ab intestato succedere pleno iure quo ad omnia bona que ad filium peruenissent aliunde quam ex substantia paterna. Sed in bonis que peruenissent ex substantia paterna huius usufructum tantum ut in auct. de nup. §. si autem coll. iij. Ex hoc occurrit mirabile si mater vidua habens duos filios ex eodem modo succedat uni ex illis ab intestato pro dimidia simul cum alio superstitite et postea transierit ad secunda vota per illum transitum privabitur ipso iure nuda proprietate ipsius medietatis hereditatis filij defuncti si filius nihil aliud habebat in bonis quas id quod ad ipsum peruenit ex hereditate paterna, ut. d. §. si quis autem intestatus. Quid autem si ex

substantia dicta aut paterni pervenitur ad istu
 filium defunctum dic quod mater per transi
 tum ad secunda vota non privabitur nuda p
 prietate illorum bonorum. Et ratio est in §. in
 autem de no eligendo secundo nben. §. cum
 igitur. Unde cum appellatione substantie pa
 terne non debeat comprehendere substantia auie
 in materia correctoria. l. precipimus in fi. de
 appellatio. igitur et cetera. Possit etiam dubi
 tari. Si omnes filij primi matrimonij morian
 tur viua matre et vltimus extraneus instituat et
 matri legitimam relinquat. dicendum quod
 proprietate bonorum mariti de qua priuata
 fuerit per transitum ad secunda vota ipso iu
 re reuertitur ad matrem quia cessat ratio qua
 fuit priuata scilicet fauore filiorum ita tenet In
 nocentius in capitulo 33 de secū. nup. Secū
 do casu quando in patre transeunte ad secun
 da vota licet sit altercatio inter docto. tamē gl.
 in. d. l. a fratre in verbo delata et 230. in sum
 ma eiusdem titu. in consilio. Item quecumqz
 dicta sunt et Bar. ibi. et communiter doctores
 tenent qd idem in patre qd i matre. pro quo po
 test allegari glo. in. l. quisquis. C. ad. l. Jul. ma.
 in versiculo. an furas que gl. extendit. d. l. qsqz
 que est multum odiosa et penalis que loquit i
 patre extendit ad matrem et pro hoc facit tex. in
 autentico de nup. §. si vero expectet. ibi dum
 dicit communis viri et mulieris multa et cetera
 Et facit. l. generaliter in principio. C. de secun
 dis nuptijs. vbi videtur casus et facit tex. in au
 thentico vt frater filij ibi similes esse pares in
 muliere et viro et cetera. et hoc vult Lynus in
 autentica. Sed et si quis in. ij. questione. C. de
 secundis nup. et Ange. in dicta l. et generaliter.
 et Hostiensis in summa de secundis nup. in. §.
 quero qualiter in versiculo sic vidistis et ver
 siculo sequenti. et clarius in versiculo quecumqz
 autem. Secundum membrum principale
 huius articuli est videndum de parentibus na
 turalibus tantum quomodo succedent ab in
 testato liberis suis. Et in hoc distingue.
 aut sunt parentes qui habuerunt liberos ex co
 itu damnato aliqua lege temporali et nullo mo
 do possunt eis succedere ut in autentico qui
 mo. effici. sui. §. si. Aut sunt parentes qui ha
 buerunt filios naturales tantum ex coitu non
 damnato. Et tunc subdistigue. Aut loquimur
 de matre vel descendentes per lineam ma
 ternam aut de patre vel de alijs ascendentes
 per lineam paternam. Primo casu dicendum
 est tales parentes posse succedere ab intestato
 talibus eorum liberis per inde ac si nati esset
 ex legitimo matrimonio. vt institui. ad tertul.
 §. finali. vt institui. de succed. cognat. §. vulgo.
 et l. Spurius. vnde cogna. et hoc est verum si
 mater que habuerit filium ex coitu meretrica
 li sit illustris vel non. licet glo. dicat contrari
 um institui. ad tertul. §. finali. quia tales filij non
 possunt succedere matri illustri. nisi mater ha
 beat filios legitimos et naturales vt habetur
 in dicta. l. si qua illustris. vnde iniquum esset
 matrem excludi per filios legitimos et natu
 rales quo ad illos. Secundo casu quando
 queritur de patre vel de ascendentes per li

neam paternam distigue. aut pater est penitus
 incertus et clarum quod non potest succedere
 aut est certus ea certitudine que haberi potest
 l. vltius de conditionibz et demōstrationibz
 Et tunc dicendum est qd eodem modo et for
 ma qua supra dictum est tales filios natura
 les succedere posse patri contra poterit talis
 pater eis ab intestato succedere vt est casus in
 situ. de seruilis cogna. §. primo ibi. Sed alterū
 in alterius et in autentico quibus modis na
 tural. effici. sui. §. in quibus cum omnibus in p
 ma coll. vbi est bonus tex. Et ex hoc sequitur
 mirabiliter. Si quis solut^o habuerit vnum fi
 lium ex concubina et postea accepit vxorem et
 habuerit vnum filium ex ea et tempore mortis
 talis filius naturalis reperiatur super viues vt
 vxor vel ille filius legitimus non poterit pa
 ter succedere tali filio naturali ab intestato qa
 in eodem casu si pater decessisset non potuisset
 filius naturalis in aliquo sibi succedere. et ta
 men non est aliqua spes qd etiam in subsidium
 vlt. mo loco talis vxor vel talis filius legiti
 mus possint succedere ab intestato tali filio na
 turali tantum ipse enim non est ei agnatus vel
 cognatus vt infra dicam latius. Ex his infer
 tur qd si decessit filius naturalis tantum ab inte
 stato superstitē patre et matre et non superstitē
 vxore legitima. nec aliquo filio legitimo et
 naturali. mater sua scilicet concubina succedet
 in decem vntijs vt dicto. §. finali insti. ad tertul.
 pater tamen succedet in duabus vntijs tantuz
 dicto §. finali. in quibus enim casibus quod ē
 notādum. Tertium membrum huius articuli
 est videre de patribus legitimis tantum quo
 modo ab intestato succedant liberis suis et sub
 distigue. Aut loquimur in patre adoptiuo
 aut in arrogato. Primo casu aut est talis pa
 rens adoptiuus cuius potestati non transit fi
 lius adoptiuus prout est regulariter et tunc ip
 se nullo modo potest huic filio ab testato suc
 cedere. Nam talis adoptio hodie tantum vnū
 operatur effectum qd adoptatus potest adop
 tanti succedere ab intestato. non autem ecōtra
 insti. de heredi. que ab intestato. §. admonendi.
 et ibi glo. et l. penul. §. sed nec articulum. C. de a
 dopti. Aut est pater adoptiuus in cuius pote
 state adoptatus transit. quod est quando ali
 quis adoptatus est ab aliquo suo ascendente
 per lineam paternam vel maternam. Et tunc
 clarum est talem parentem posse ab intestato
 succedere. l. pen. §. Sin vero pater naturalis. C.
 de adoptio. Secundo casu quando loqui
 mur in patre arrogatore et tunc dic talem ab in
 testato succedere filio arrogato in peculio ca
 strensi vel quasi. et in proprietate bonorum ad
 uentitiorum dicta. l. pen. §. finali. C. de adopt.
 et insti. de heredi. que ab intestato. §. nostra au
 tem vbi dicitur qd pater arrogator habet illud
 ius in bonis filij et contra qd habet pater na
 turalis et legitimus durante patria potestate
 facit. l. si arrogator. ff. de adop. Sed constat qd
 etiam secundū ius. C. filiulfa. poterat habere
 heredem ab intestato. vt. l. si. C. ad tertul. Unde
 de per illos tex. est hodie corre. per tex. in auct.
 de here. que ab in. §. consequens. l. i. et. ij. ff. de

cast. peculio. et per hoc dico tex. de acqui. per
arrogat. insti. §. mortuo debere intelligi per tra
situm ad eum tanquam heredem non autem occu
pat arrogator illam nudam proprietatem iux
ta peculij ut probatur in. l. fi. C. communia de
successio. Sed hoc dicendum occurrerit quid
erit si quis moriatur ab intestato superstiti pa
tre legitimo et naturali et matre Placen. dixit
hoc casu excludi patrem legitimum. ut no. gl. i. §.
mortuo. et illa. q. gl. ibi si approbat nec improbat
et forte hoc dixit placet. quod sibi pl. opinio quoru
dam que ponitur in autentica in successione.
C. de suis et legiti. in principio glo. ibi quoru
dam reprobat per glo. et docto. communiter
ut correctio evitetur in quantum fieri potest.
Ideo opinio Pla. non est vera. Nam tex. au
tentico de hered. ab intestato. §. primo. cum
dicit vocandos esse filios et nepotes per patrem
et avum debet intelligi large siue ipsi sint legiti
mi et naturales siue sint legitimi tantum est
ergo in casu predicto matrem succedere. et me
diatate totius hereditatis et illos duos patres
succedere simul in alia medietate Sicut est qua
do quis succedit ab intestato superstitibus auo
et avia paterna tantum. licet avia materna sola
quod alij duo. dict. §. quis ita debet esse in pposito
eadem ratione. Et predicta intelligas quan
do pater legitimus illum adoptaverit vel ar
rogavit tanquam filium. Sin autem tanquam
nepotem tunc censetur sibi in secundo gradu
et sic cum precederet pater legitimus et natu
ralis matrem ut dicto. §. sequens. et sic in hoc ca
su saluari potest dictum Placen. Aliud mem
brum est de parentibus naturalibus tantum.
qui tamen postea facti sunt legitimi parentes
et tunc dicas eos succedere parentibus cum fi
liis procreaverunt ex legitimo matrimonio. in
stituta de heredi. quasi ab intestato. §. quibus.
qui filij sint legitimi. c. tanta. Tertius prin
cipalis articulus in hac materia est videre de suc
cessione transuersalium agnatorum vel cogna
torum. et in hoc etiam sunt fauenda quattuor
membra. nam aut loquimur de transuersalibus
natis ex legitimo matrimonio et sic sunt legiti
mi et naturales. aut loquimur de transuersali
bus qui omnes sunt naturales tantum inter quos
de mutua successione tractatur vel quando un
transuersalis legi. et naturalis vult succedere
alteri transuersali legitimo et contra. Aut lo
quimur de legitimis transuersalibus tantum
Aut de transuersalibus naturalibus tantum
legitimitatis tantum postea. Primo casu dic
cum persona ab intestato defuncta erit sine de
scendentibus et ascendentibus vel eos habet
Sed ipsi repudiarunt hereditatem vel ea non
addita: nec transmissa vocari debent fratres
vtrinque coniuncti et eorum filij et isti vocantur
in stirpem. quia tantam partem habere debent
quantam habuisset eorum pater si viueret. in
autentico de here. que ab intestato. §. reliquum
et si nullus frater vtrinque coniunctus sup
es
set adhuc vocantur soli filij fratrum vtrinque
coniunctorum et excluduntur fratres ex vno
latere tantum coniunctorum. et multo magis
filios fratrum ex vno latere tantum coniuncto

rum ut est casus in dicto. §. reliquum. **Qua**
bitatur an quando vocantur ad successionem
ab intestato solum modo filij fratrum vtrinque
coniunctorum persone defuncte ipsi vocentur
in stirpes. an vero in capita. et circa hunc passum
sunt opiniones. Nam Azo. tenet quod succedant
in capita et cum eo concordat Odofr. et Jaco.
bus de Bnt. in autentica cessante. C. de legi.
berd. Sed contrariam partem tenuit Zic
cur. quod succedant in stirpes in dicta autentica ces
sante et sic de facto consuluit et idem tenet By
nus Jacobus de hare. et Lynus in dicta auten
tica cessante. et Bar. in. l. post consanguineos.
§. i. de suis et legi. et ista est communis opinio.
Et eam tenet Matthaeus de Ath. ut eam de
claret assumit casus duos. Primo vtrum soli
filij fratrum vtrinque coniunctorum succedant
ab intestato. exclusis fratribus ex vno latere ta
tum coniunctis et planum est eos in stirpes suc
cedere cum ipsi solum succedant ex beneficio
speciali videtur nouissimi. Nam cum ipsi sint
in tertio gradu et excludant fratres qui sunt in
secundo. et hoc ideo est quia finguntur esse in
secundo gradu et representare personam patris
suum. unde per consequens debent in
stirpem succedere ut dicto. §. reliquum. et idem
tenet quando tales filij fratrum vtrinque con
iunctorum succedunt exclusis filiis fratrum ex vno
tantum latere coniunctorum vel exclusis pa
tris vel avunculis defuncte persone. tunc. n.
ad hunc ipsi dicuntur succedere de iure specia
li ex privilegio iur. nouissimi. cum ipsi exclu
dunt alios qui sunt in tertio gradu in quo ipsi
etiam sunt ut in autentico de hered. ab intest.
§. palam. colla. ix. Quando autem succedunt
soli filij fratrum nec superest alius de secundo
vel tertio gradu quem ipsi possunt excludere.
et tunc maius est dubium. Sed tamen etiam te
nenda est communis opinio quod succedant in stir
pem per rationem generalem quam ponit tex.
in dicto. §. reliquum versiculo huius et ibi ut in
suum parentum iure succedunt et per. §. si ve
ro nec fratres a contrario sensu qui tex. vide
tur multum declarare mentem. §. precedentibus
Sed post fratres vtrinque coniunctos et fratrum
filios vocantur ad successionem ab intestato.
fratres coniuncti ex vno latere tantum. et simi
li cum eis vocantur filij fratrum primogenito
rum ex vno latere tantum coniunctorum isti
tamen filij fratrum vocantur in stirpem solum
quia solum debent habere tantam partem oem quam
habuisset eorum pater si viueret ut dicto.
§. reliquum et hoc procedit quo ad bona extri
secus quesita. v. aliunde quam a patre vel a
matre In his autem bonis quesitis a matre
preferitur frater vterinus tantum fratri consan
guineo. Et est tex. singularis in. l. de emanci
patione. §. exceptio. C. de leg. hered. Et ideo di
co contra quod in bonis a patre quesitis pre
fertur frater consanguineus tantum fratri vte
rino. et hoc tenet glo. et communiter doctores.
in autentica itaqz. C. communia de successio.
et bene. Nam licet non sit iure cautum expres
se est tamen eadem ratio que in casu dicto. §.
excep. unde et ille. §. non corrigat iura antiqua.

Sed illa super magna equitate fundatur. et id ex identitate rationis extendi. l. non possunt. de legi. et nota. Bartolus in l. si constante in principio in octava questione prime partis. ff. Solutio matrimonio. Ergo per dictum. §. excep. debet limitari. §. reliquum in vno quia iura nova debent distingui et limitari per iura antiqua. l. non est novum ff. de leg. et nota in auctentica offeratur. C. de lictis con. et idem dicendum quod frater consanguineus preferatur in bonis ab Avio et Avia ex linea paterna provent. et contra frater uterinus preferatur fratri consanguineo in bonis provent. a linea materna.

Unde ille. §. exceptio. qui loquitur in matre suple vel ab eius linea facit. l. ij. C. de bonorum liber. ibi ex matre vel eius linea pervenerint nec obstat quod nota. Bartolus in auctentico ex testō. C. de secundis nuptijs. quia ibi loquitur in materia odiosa quia est iuris antiqui correctoria. Ideo appellatione secte materne non comprehenditur. amita Sed in casu nostro materia nullo modo est odiosa quia. §. excep. non corrigit. sed limitat iura antiqua ut dixi. igitur facit. l. iusta. et l. liberorum. Et quod ibi Bartolus de verbo. ob. Sed advertas quia frater consanguineus preferatur uterino et contra in bonis ascribentibus per lineam rectam ut dixi. Secus in bonis ascendentium per lineam transversalem uti in bonis provent. in patruo amita vel matertera vel a fratre consanguineo vel uterino premortuo quia non reperitur iure cautum arg. l. quod scitis in fine. et probatur in dicta. l. ij. C. de bono. mate. hoc etiam probatur quia est magna ratio diversitatis. Nam bona ascendentium sunt quasi debita descendentibus. l. ij. de bono. libe. Secus in bonis transversalium. l. z. ij. ff. de testamentis. et l. fratres eodem titulo.

Sexto principaliter querit quando sunt omnes naturales tantum vel transversales tantum. Item quando de mutua successio. tractatur vel quando vnus transversalis legitimus voluit succedere alteri legitimo. vel contra.

Contra hoc si distinguitur. aut uterque predictorum scilicet defunctus et succedere volens vel alter tantum natus ex coitu damnato aliter qua. l. temporali. Et tunc nullo modo ad invicem succedere possunt quia non sunt nominandi fratres vel consanguinei vel Sobrini. ut in auctentico quibus modis natural. effi. sui. §. finali. Sic ergo natus ex damnato coitu Berthe non potest succedere filio naturali et legitimo dicte berthe qui est sibi frater uterinus capitulo tanta. qui filij sint legitimi. ita a contrario. ille legitimus non poterat succedere huic quia non debet eum vocare pro fratre. Aut uterque dictorum transversalium natus est ex coitu non damnabili. Et tunc aut queritur de coniunctis ex linea paterna tantum. Aut de his qui sunt coniuncti ex linea materna tantum. Aut de his qui ex utroque sunt coniuncti. Primo casu regulariter nullus eorum potest succedere alteri. unde si pater meus legitimus et naturalis antequam duceret uxorem habuit vnum filium naturalem ex concubina. Ego illi suc-

cedere non potero nec ipse mihi. Et est ratio quia non sum illi agnatus: nec ipse mihi cum agnati sint qui ex eodem patre nati sunt ex legitimo matrimonio vel quando per adoptionem vel arrogationem invicem coniunguntur instituta. de legiti. agna. successi. §. primo et §. per adoptionem. et ibi nota. glo. in verbo naturales. Item pro hoc. l. finali in fine. C. de naturali. liber. Item non possumus invicem succedere ut cognati cum cognatio sola non coniuncta agnationi sit a matre tantum. instit. de success. cogna. §. quod vulgo. et pro hac opinio. est casus in auctentico quibus modis natural. effi. sui. §. filium. Et predictis inferitur quod si quis habet vnum filium naturalem ex vna concubina et ista defuncta habuerit alium ex alia. Isti sibi ad invicem nullo modo sibi succedunt invicem ab intestato etiam si legitimeret ut est gl. nota. in l. hac parte. ff. unde cogn. Istud fallit innatis ex libero et serua vel seruo et libera vel ex seruo et ancilla qui se invicem tractabant. ut amasij et concubina. Isti etiam si sint nati liberi vel postea ad libertatem pervenerint possunt ad libertatem succedere fratribus suis etiam natis ex legitimo matrimonio ut est tex. instituta de serui cogna. §. primo. ibi. Sed etiam alterum alterius et cetera. Nam ista littera intelligitur quod iste frater possit succedere fratri suo. vel filio fratris non tamen dicendum est quod tales transversales preferantur patrono ut voluit ibi glo. secundum opinionem Joan. per iura ibi allegata. Si ergo liber homo ex ancilla sua concubina habuerit filium. et illa defuncta accepit aliam ancillam in concubinam ex qua habuerit alium filium et ista defuncta accepit uxorem ex qua habuit vnum filium naturalem et legitimum. et postea illi duo filij naturales sunt manumissi predicti possunt invicem succedere ab intestato per dictum textum singularem. Nec mirum quia omnes predicti succedunt pariter patri ab intestato ut ibi dicitur igitur et cetera. Secundo casu quando queritur de his qui sunt coniuncti ex linea materna tantum. clarum est eos invicem succedere. Sine omnes sint naturales tantum siue aliquis sit natus ex legitimo matrimonio instituta. de success. cog. §. ultimo et l. hac parte et l. si Spurius. ff. unde cogn. Tertio vero casu dicendum est multo fortius tales invicem succedere per pre allegata iura. Alius articulus est principalis in hoc articulo de transversalibus vbi si sunt transversales legitimi tantum. An sibi ab intestato ad invicem succedant. Aut tales succedant legitimis et naturalibus vel contra. Et circa hoc distinguitur. Aut loquimur in adoptiuis aut inconiunctis per arrogationem primo casu aut tales adoptiui non transeunt in potestatem adoptantis et clarum est quod succedere non possunt aliquibus transversalibus. l. pen. C. de adoptione. Si vero transeunt quod est quando sunt adoptati ab aliquo de ascendentibus per lineam paternam vel maternam. Et tunc clarum est quod possunt succedere ex capite quia sunt naturali cognatione coniuncti in auctentico de heredi. ab. §. nullam. versiculo sed si volunt succedere

ex capite adoptionis possunt si talis adoptio non fuit dissoluta per emancipationem possunt succedere agnatis adoptantis non autem cognatis. l. quoniam in adoptione. ff. de adopti. unde si proavus paternus sibi adoptauerat pronepotem in filium et ex tali proavo pro eius mortem super essent tres legitimi et naturales qui inuicem essent coniuncti ex patre tantum et unus ex his ab intestato moriatur succedunt sibi reliqui duo fratres et ille pronepos adoptatus loco filij. l. qui in adoptionem. d. l. pe. §. Si vero pater naturalis. C. de adoptio. ubi autem nulla adoptio interuenisset planum est quod iste pronepos fuisset exclusus a fratribus coniuncte persone ut no. glo. la secunda autentica quos fratres. C. de leg. h. Item si constat quod aliquis eorum duorum fratrum substitutum fuisset utrinque coniunctus exclusisset hunc nepotem quicquid esset frater defuncte persone ex patre tantum ratione adoptionis. ut dicto. §. reliquum. Secundo casu quando loquimur de arrogat. dicas esse idem quod dixi in adoptiuis qui transeunt in potestatem adoptantis illi succedunt ab intestato agnatis patris non autem cognatis patris dicta. l. qui adoptio. dicta. l. pen. in fine. C. de adop. et sic patet quo ad istum passum quod hodie etiam remanet differentia inter agnatos et cognatos. Nec obstat. §. nullam in autentico de her. ab intest. quia ibi tollit differentiam quo ad coniunctos vinculo naturali. Sed hic posset queri an ea que sunt inducta de iure nouissimo ut quod filius fratris pre mortui succedat simul cum fratre. Item quod excludat patruum et amitam habeat locum in istis qui sunt coniuncti solum vinculo civili scilicet arrogationis et dicendum est quod sit cum sit eadem ratio. Et hic probantur per rationes positas in §. reliquum in autentico de her. que ab intesta. Alius articulus est de viro et uxore. et regulariter uxor non potest succedere viro et contra nisi de iure pre. de bo. poss. ubi vir et uxor. l. i. ff. unde vir et uxor. l. i. C. eo. titu. et admittitur talis vir et uxor ad succedendum demum quando deficiunt omnes agnati et cognati usque ad decimum gradum ut dicta. l. i. C. unde vir et uxor et instit. de here. ab intestato. §. nulla. prefertur tamen uxor quibusdam collegijs qui admittuntur ad succedendum defuncto fisco ex cluso ut no. in. l. i. C. d. h. de cur. et bene per illud tex. et idem nota in. l. i. C. unde vir et uxor. licet contra no. et male. l. i. ff. e. Sed ibi By. Pe. cy. et Bartolus in dicta. l. prima. C. unde vir et uxor tenet primas glo. pro quibus Bartolus allegat casum in. l. si quis presbyter. C. de episcopis et clericis que. l. probat quod clerico ab intestato defuncto quo ab bona patrimonialia profertur in success. uxor clerici ecclesie in qua ille erat beneficiatus. et sic per illam. l. declarat. tex. in. §. si quis episcopus in autentico de eccle. titu. predicta tamen regula limitatur hodie quia fallit quando mulier est pauper et sine dote aliqua maritus autem est diues. Tunc enim distinguitur aut nulli supersunt defuncto liberi ascendentes. sed tantum agnati vel cognati. et tunc uxor succedit ab intestato marito. in quar

ta parte heredi. de iure civili. Et sic efficitur heres pro quarta parte. in autentico de exhi. reif §. quoniam vero ibi ex hac. l. heres extiterit et cetera reliquas vero tres partes debent ad agnatos vel cognatos pertinere. l. i. C. unde vir et uxor et ita voluit Pla. ibi que sequitur ibi cy. nus et Bartolus et bene ut emittitur correctio autenticoz. et pro hac opinione facit tex. in autentico ut nulli iudi. §. finali et dicto. §. si. et dicto. §. quoniam vero ibi siue minus filij fuerint et cetera exponendo minus. i. non. l. illud §. minus de tributoria. hec vera nisi defunctus vir in bonis habeat ultra quadrigentas libras auri quia tunc uxor non succederit ut heres in quarta parte bonoz. immo ageret conditio ex lege et petere posset solum libras centum auri Licet hereditas esset valoris mille librarum auri dicto. §. quoniam vero. Aut marito supersunt filij et tunc. aut sunt nati ex alia uxore. et tunc si sunt tres aut pauiores uxor succedit. ut habetur in quarta parte. Sin autem sint plures succedit in virili pro non personarum. unde si sunt septem filij uxor succedit in. vij. parte autentica ut liceat matri et auie. §. quia vero religionem quod est verum nisi talis portio excederet valorem centum librarum auri quia tunc posset agere solum modo conditio ex. l. ad illas libras centum auri nec in hoc dictus. §. quoniam vero est correctus. quia lex istam successionem potius restringit quam ampliare velit. aut sunt ex eadem uxore et tunc ista uxor non efficitur heres viro in aliqua parte. Sed solum potest agere conditio ex lege ad petendum usufructum quarte partis bonoz mariti. si sunt tres filij vel pauiores vel usufructum virilis partis si sunt plures dicto. §. quia vero. Nam licet tex. dicat usufructum debet exponi id est usufructum per id quod sequitur ibi dominium autem illis et cetera. Si milis loquendi modus habetur in autentico de nup. §. Sin autem intestatus quod intelligas verum nisi valor huius usufructus excedat libras centum auri dicto. §. quia vero. sed quid si supersunt tres nepotes ex filio pre mortuo filio communi utrinque. An succedat solum uxor in usufructu quarte partis videtur quod sic quia est eadem ratio. Sed contrarius est verius quia dicitur. §. Quia vero lex corrigat antiquum. §. dictum. §. Quia vero. unde in materia correctoria tamque odiosa appellatione filij nepos non comprehenditur instituta quidam. tu. poss. §. finali. et facit quod notat Bartolus in autentica ex testamento. C. de secūdis nup. Et per hoc inferitur quod si supersunt quinque nepotes ex quinque filijs pre mortuis et quatuor ascendentes videlicet auus paternus. et auus maternus auia materna et paterna nihilominus uxor succedit in quarta parte. Licet glo. in autentica preterea. C. unde vir et uxor sentiat contrarium et forte non bene quia in materia correctoria non fit extensio. Item circa hoc dubitatur. Quid si supersunt filie femine an habeat locum distinctio dicti. §. quia vero lex. et videtur quod sic cum sit eadem ratio contrarium facit tex. quia simpliciter loquitur in

masculo. Unde in materia correctoria tamq̄
odiosa masculinum non concipit femininū
l. prima. §. queritur de vendi. in poss. mili. et pa-
tet ex regula quam ponit Bartolus i. l. prima
de verborum significatio. Acc obstat dicta au-
tentica preterea quia sunt verba de preca. non
impati. Item queritur quid si mulier pau-
per dedit modicam dotem viro locupleti. an
ei succedat in dicta portione secundum formā
predictam et videtur quod non quia ista ē suc-
cessio noua exorbitans contra regulas iuris an-
tiqui et videtur solum habere locum tribus cō-
currentibus scilicet quando mulier est sine vl-
la dote. Item et inops. item vir defunctus
erat locuplex dicto. §. quoniam vero. versien-
lo. hic itaqz igitur. et l. si vero. §. de viro solu-
to matrimonio. Sed contrarium tenuit domi-
Franciscus de ramponibus in dicta auctenti-
ca preterea. Et mouebat solum quia eadem ra-
tio est. Nam paria sunt non habere dotem
vel habere. Sed modicam et hoc placet valde
domino Mattheo quia fit extensio per idem
titatem rationis quando ratio est expressa in
tex. in cle. i. de electi. et Bartolus in. l. libello-
rum de verborum significatio. Sed ratio ē ex-
pressa in dicto. §. Quoniam vero ibi sed nouis-
sima venientes in opia et cetera et ibi est in opia
coniungis. Queritur quid contra. vtrum
omnia predicta habeant locum in marito pau-
pere volenti succedere dicendum est q̄ sic per
dictum. §. quoniam vero et si dicatur q̄ iste. §.
fit correctus per dictum. §. quia vero lex respō-
det q̄ ille. §. quia vero in hoc iterum corrigi-
tur per tex. in auctentico vt fratrum filij. §. fina-
li. et ita dicit glo. in dicto. §. Preterea. Sed do-
minus Mattheus so. non est tuta. quia in di-
cto. §. si. solum loquitur pro diuortio. et ideo
gl. melius dixit in dicto. §. quia vero in fi. vlt.
glo. corrigi. l. si. C. de repn. et §. sic itaqz in au-
tentico de nup. et sic dicendum est in tali casu
et simi. Et hoc est equius vt tot correctōnes
euitent facit. l. si. C. de indi. vi. toll. Sed quero
tenendo istam opinionem an dictus. §. quia ve-
ro in quātum loquitur de viro q̄ succedat vxo-
ri modificari et corrigi deberet per. §. quia vero
vt si sūt plures quā tres filij succedant in virili
tantum vt dictum est supra et videtur q̄ nō qz
correctio est euitanda in contrarium tamen pu-
to quia vir et vxor sunt correlatiua vnde cor-
rectio vel modificatio facta in vno etiam fit i
alio. l. si. C. de iudi. et l. ij. C. de luce ad no. lib. xij.
Et quod ibi singulariter no. Bartolus de vē-
dente quod trahitur ad euentem etiam in ma-
teria penali et no. in dicta. l. si. de indi. vidu. tol.
et hic fuit Irnerij qui fecit auct. preterea et hoc
sentit ibi glo.

Pro perfectione materie restat nunc videri
re. Quis dicatur proprie decedere ab intesta-
to et ponamus qd statuto cauetur q̄ stantib⁹
filij vel agnatis mater vel soror non admit-
titur ad successionem filij vel fratris ab inte-
stato decedentis. An si decesserit pupillus di-
catur decessisse ab intestato. Ita quod mater
excludat et Soror. et Bartolus in. l. prima in
principio de suis legi. dicit qd cum sit commu-

nis vsus loquendi q̄ etiam hos dicamus dece-
dere intestatos vel ab intestato q̄ habebit lo-
cum statutum. qm̄ statuta exorbitantia. et etiā
correctoria verificantur in proprio significatu
vt no. glo. Barto. et docto. in. l. liberorum. §.
Sed q̄ tamen cassius de pigno. et no. Barto-
late in. l. labeo de supellec. lega. et pro hoc alle-
gat tex. in dicta. l. i. ibi. secundum hos quoqz p
intestatis accipere debemus. Nam omnes isti
casus v3 non fecisse testamentum vel non po-
tuisse facere equiparantur ibi et insti. de hered.
ab intestato in principio et sic a lege veteri. er-
go. Si quando quis non facit testamentum
qui facere poterat dicitur proprie intestatus ita
quando pupillus non facit testamentum quia
nullo modo facere potest. l. qua etate. ff. de test.
dici debet intestatus et proprie ar. l. si quis ser-
uo cum ibi nota. per glo. Bartolum et docto.
C. de fur. et ita etiam consuledo tenuit. Bar-
tolus. Sed Imol. hanc disputationem pu-
blice disputauit me audiente cuius disputatio-
nis effectum posuit in. l. centurio de vulga. et
pupil. in versiculo et pro hoc decidi potest que-
stio si statuto vbi in effectu tenet contrarius qz
verba statuti penalis exorbitantis et correcto-
rij debent verificari in verbis proprijs vt. l. i.
§. is qui nauem de exerci. ac etiam quia statutus
correctorium non debet extendi ex perietate
et maiozitate rationis vt auctentica quas ac-
tiones. C. de sacro sanctis eccle. cum ibi nota.
Tu potes dicere q̄ Baldus in. l. secunda.
C. qui testamenta facere possunt dicit quod an
Pupillus proprie dicatur intestatus est glosa
ordinaria in. l. cum antiquioribus. C. de iure s̄
liber. vbi ipse Baldus dicit in versiculo septi-
mo queritur q̄ impubes nō dicitur habere he-
redem tanquā i intestatus. vt. l. i. C. de suis et le-
gibus allegat tantum in contrarium quia ver-
ba negatiua verificantur si quis nollit siue nō
possit. vt. l. ij. de heredi. insti. Qua propter
non firmādo se videtur adherere huic vltime
opinionem ar. glo. in. l. quidam. §. sabinus. ff. ad
trebel. preterea idem Baldus consuluit et di-
stinguit q̄ quandoqz verba proferuntur a vul-
garibus et idiotis. et tunc verba intelligenda
sunt grosso modo quandoqz verba proferun-
tur a statutarijs et iuris peritis et tunc non ad cō-
munem vsum loquendi imperitorum et pro in-
terpretatione vocabuli recurrendus est. Sed i-
spici debet loquella iuris periti non qualiter lo-
quantur Idiote pro quo facit glo. in. l. Sed si
nepotes. ff. de testa. tu. et quod ibi Bartolus et
Baldus. Et non est dubium q̄ iuris peritis fa-
ciunt hanc differentiam inter intestatum et inte-
stabilem ergo talis interpretatio vocabuli attē-
denda est: et hoc postea conclusiue posuit Bal-
dus in vsibus feudorum in titulo de successi.
feu. §. i. Et sic Baldus tenet q̄ dictum statu-
tum vt correctorium non sit extendendum vt
etiam dixi supra secundum dominum Joannē
ne comprehendat pupillos. et respondēt ad ra-
tionem Barto. negando comunem vsum lo-
quendi stare apud iuris peritos. igitur et cetera.
Et idem etiam tenet Balt. iu. l. intestato. ff. de
legi. tutor. vbi distinguit q̄ opinio Bartoli p

cedit in statuto favorabili sed non in odioso.
Et ut sit favorabile vel odiosus patere potest
ex supradictis. ar. l. si. de here. insti. Sed tu te
neas opinionem Barto. pro qua opi. vidi cō
silia pitissimorum doctorum quia dictum sta
tutum fuit principaliter interdictus in fauorē
domus et agnationis et per consequens ob fa
uorem publicum: vt. l. i. §. ante pen. ff. de vent.
in spi. Ideo est favorabile. ideo est extenden
dum. Sed vtrum sit odiosum vel favorabile:
dicam statim in illa questione. An stantibus ma
sculis femine non succedant et per consequens
cum dicta vnica ratio reddi non potest in di
cto statuto vs fauor publicus licet in dicto sta
tuto non sit expressa mentio ex dicta ratione di
ctum statutum potest ampliari et restringi se
cundum dictam rationem vt no. Baldus An
gelus et Saly. in. l. si. C. de liber. preterea non
potest reddi ratio quare magis statutum ha
beat locum in habente potestatem testandi q̄s i
non habente nec potest assignari ratio aliqua
valida aliud ipsi statuentes verisimiliter vo
luerint statuere in successorem eius qui testari
voluerit. cum tamen poterant quasi in successi
one eius qui etatis defectu testari non poterit
verisimiliter enim est ipsos statuentes in vtrū
q̄s persona pupilli vs et adulteri respectu gene
ris succedendi. idem statuisse si de casu tali in
terrogati fuissent vt nota. glo. et docto. in. l. tale
pactum. §. si. ff. de pac. et pro ista opinione ē tex.
in. l. qui duos de vulgari et pupillari ibi puer i
testatus decesserit. Sed clarior in. l. Lutus eod
dem titulo ibi ab intestato et cetera et est tex. in.
l. Diuus seuerus. ff. qui pe. tutor
et tamen ibi loquitur de impuberibus qui ab
intestato dicuntur decedere et est tex. in. l. omne
C. ad turpi. ibi intestato et ff. eodem. l. ij. §. Si
quis ibi intestatorum vbi tex. loquitur de suc
cessionem impuberis et tamen dicitur ibi ab inte
stato. Ex quo sequitur q̄ etiam ex propria signi
ficatione vocabuli matr. etiam respectu succes
sionis etiam pupilli dicitur debere excludi vir
tute dicti statuti ab agnatis vel fratre. quia vt
patet per predicta pupillus dicitur decedere in
testatus et etiam ab intestato. Sed Saly. et
d. Flo. in dicta. l. cum antiquioribus dicunt q̄
proprie loquendo. aut statutum dicit si quis
decesserit ab intestato. et tunc etiam proprie cō
prehenditur impubes. vt dicta. l. sciant de leg.
h̄. C. et dicta. l. omnem. quia illud verbum ab i
testato qualificat verbum decedat. Sed etiam
ille qui non potest facere testamentum dicitur
decedere ab intestato. Secus si statutum dicat
si quis intestatus decedat quia tunc verbum
intestatus qualificat personam. Sin autem et
tertio modo statutus dicat si quis decessit sine
testamento q̄ etiam qui non potest facere testa
mentum comprehenditur vt. l. generaliter. C.
de insti. et substi. et no. glo. in. l. precibus. C. de
impuberum. quoniam illa dictio sine ponitur
abnegatiue non autem priuatiue quia si priua
tiue Secus esset vt exemplum. Iste equus est
deferatus intelligitur de eo qui semel habuit
ferros et non habet. Sed et. iij. modo. secundū
Baldum insti. de heredi. ab intestato in p̄nci.

Si statutum dicatur si quis intestabilis decesse
rit quia tunc proprie etiam pupillus comprehen
ditur. vt est tex. in. l. is cui. ff. de testa. Sed ut di
xi supra per textum quos allegaui etiam impu
bes dicitur decedere intestatus et sic nō fit dif
ferentia vtrum statutum dicat ab intestato de
cedat siue intestatus decedat et potissime cum
tractetur de comodo publico in casu propo
siti vt dixi. licet dicat. l. prima de suis et legi. mul
tum faciat pro Saly. et d. Flo. ibi intestati pro
prie appella. et ibi. sed hos pro intestatis acci
pere debemus et sic proprie impubes nō sūt
intestati et hoc etiam ibi vult Bartolus qui di
cit q̄ hic procedit ex communi vsu loquendi
ergo non est proprium significati verbi vt vlt
bartolus in. l. quod labeo. ff. de supellec. legat.
vnde dicta. l. qui duos cum si. ibi impubes. in
testatus decessit. ff. de vulg. et pupil. intelligitur
improprie et sic dicta iura limitantur per dictas
l. i. de suis et legi. facit. l. sciendum in principio
qui sa. da. cogan. coniuicta auct. offeratur. C. d
litis contesta. Et istud est forte verius nisi di
cas q̄ si esset cōmunis vsus loquendi vt nota.
bartolus in. d. l. q̄ labeo tūc probato dicto cō
muni vsu loquendi haberet locum statutus et
quando loquitur de intestatis sed pro amplio
re perfectione huius articuli quoniam vt pluri
mum vigent statuta per totam italiam q̄ stan
tibus mascul. femine non succedant videndū
est itaq̄ primo an tale statutum dicatur odio
sum vel favorabile quia est contra ius natura
le. cum priuēt feminas de eis q̄ eis debetur iu
re nature. et. l. nature. ut. l. cum ratio in princip.
de bo. dampna. et in. l. scripto. ff. vnde legiti. et
dicitur esse. accusans ipsam naturam. cum. l. fi
nali. C. de liber. preter. et. l. leg. C. de leg. h̄. quia
non sic natura eduxit masculum sic feminam
ad procreandum igitur et cetera. ergo restrin
gendum vt tantum modo intelligatur pro vt
iacet. Nec loqueris in vna persona cum sit cor
rectorium et penale aliquo modo non videtur
posse extendi etiam ex identitate vel maiorta
te rationis vt autentica quas actiones cuius ibi
no. per glo. et omnes docto. C. de sacro sanctis
ecclie. et. l. precipimus in fi. et ibi bar. C. de appel
latio. et in. l. si vero. §. de viro. et quod ibi no
ta. per baldum angelum et do. Joan. ff. soluto
matrimonio. Et quod tale statutum dicatur
odiosum voluit bar. et iacob. de here. in. l. libe
rorum in vltima carta de verbo. signi. et bart.
in. l. i. C. de summa trini. in. vi. q. principali et ibi
saly. et voluit bal. in. l. quecunq̄. C. de seruis fu
gi. in versiculo aduertat q̄ tale statutus. licet di
catur factum propter publicum bonum p̄ cō
seruatione non tamen dicitur equum. Ita dic
bal. in. l. certum in principio. C. vnde legi. sed
idem bal. in. l. venia. C. de i iusuo. voluit q̄ tale
statutum dicatur mixtū ex odio et fauore. et idē
voluit bal. in. l. scimus in fi. C. de ioffi. testamē
to. et bar. in. d. l. liberos et bal. in. l. si vero. §.
de viro so. ma. et idem voluit bal. ang. et saly. in
maximū vicium. C. de liberis. p̄teri. nam sciendū
ē quod tale statutū stantibus mascul. femine
non succedunt h̄ duplex caput vnum inclusi
uum masculorum et hoc est tacitum aliud ē ex

clufium feminarum vt no. bar. in. l. seruo le-
 gato. §. sed cum testator de legat. primo 7 in. l.
 xum emancipat. §. si duo emancipa. de toll. bo-
 norum 7 in. l. ij. §. si. ff. ad tertul. 7 no. Bald. in
 d. l. fi. C. de liber. prete. Ex quo dixit Baldus i
 d. l. uenia. de ius vo. 7 in. d. l. maximuz vitium
 qd cum ex parte masculorum dicatur fauorabi-
 le propter familiam conseruandam 7 dignita-
 tem agnationis. l. i. §. ante pen. ff. de ven. inspi. 7
 no. Lynus 7 docto. in. l. §. expublico
 ff. de adult. etiam si ratio in dicto statuto expf-
 sa non fuisset quia talis ratio tacite in dicto sta-
 tuto 7 mente statuti intelligitur inserta. 7 ideo
 sicut ex ratione expresse inserta. l. potest argui
 7 fieri extensio. l. adigere. §. quauis de iure pat.
 quia ratio legis dicitur esse anima legis. 7 ipsa
 lex. l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. l. facta
 §. si. ad tre. eodem modo potest argui 7 fieri ex-
 tensio ex ratione tacita 7 vnica que potest con-
 prehendi ex virtute legis vel statuti vt no. bal.
 7 ang. 7 Sali. in. d. l. maximum vitium. sed idē
 baldus in. l. ij. C. qui ad liber. procla. non licet
 videtur omnia supradicta distinguere 7 decla-
 rare vbi dicit. qd aut statutum dicat qd frater
 succedat fratri exclusa sorore 7 idē in qd agna-
 tus succedat agnato exclusa agnata femina qd
 tale statutus dicatur fauorabile licet fauor sit
 causa ody. Aut statutum disponit qd stanti-
 bus mascu. filie femine non succedant 7 tunc
 quia statutum aufert dominium filie in pote-
 state dominium dicitur in filia in potestate co-
 tinuam. l. in suis de liber. 7 posthu. 7 post ne-
 cessario dicatur tale statutum odiosum dicta
 l. maximum vitium. Et ex hoc possent multa
 dicta que videntur ad inuicem contrariari re-
 duci ad concordiam. Nam aut statutum ex-
 cludit filias in potestatem in quibus contine-
 batur dia. d. l. in suis. 7 dicitur odiosum. et
 ideo non fiet extensio capitulo odia. de reg. iur.
 in sexto. sed intelligitur proprie pro vt iacet in
 personis tantum modo de quibus loquitur. d.
 l. si vero. §. de viro. Aut loquitur in alijs filijs
 quam in filiabus excludendis 7 sic in quibus
 non dicitur continuari dominium 7 tunc tale
 statutum dicitur esse fauorabile pro conserua-
 tione dignitatis familie. d. l. i. §. ante pen. de vē
 inspien. Sed licet ratio Baldi in dicta. l. ij.
 C. qui. ad liber. pro cla. non po. videatur mul-
 tum equa 7 reducere multa dicta ad concordia-
 am quia aliqui volunt dictum statutum fauo-
 rabile 7 aliqui contrarium qd Immo dicatur
 odiosum. tamen idem baldus in. d. l. ij. vide-
 tur persistere in ista determinatione quia vlti-
 mo loco dixit quia contra hoc facit tex. in. l. si
 defunctus in versiculo simili equitate. C. de lu-
 is legi. cum ergo hoc vltio dixerit videtur ma-
 gis inclinare in istam vltimam partem qd im-
 mo etiam quando filia in potestate excluditur
 dicatur fauorabile statutum arg. glo. nota. in. l.
 quidam. ff. ad treb. §. sabinus. Quapropter
 licet negari non possit qd tale statutum non di-
 catur partim odiosum 7 partim fauorabile ta-
 men fauor preponderat odio vt no. glo. in di-
 cta. l. ij. C. qui ad liber. procla. non po. Quin-
 imo stante dicto statuto qd etiam filia femine

in potestate in qua continuatur dominium no
 succedat ab intestato stantibus masculis. dicitur
 principaliter fauorabile. l. excep. in principio.
 ff. de conditionibus in debiti. Et illud qd pn-
 cipaliter ordinatur in dispositione. illud est at-
 tendendum. l. si quis ne cam. §. i. ff. Si cer. pet.
 ita singulariter dicit Bal. in. l. ij. C. de summa
 trini. in versiculo subsequens dicitur statutum
 qd filia femina. 7 in versiculo sequen. Sed hic
 quero pone qd statutum originis 7 domicili
 disponunt 7 cetera. Et quod dicitur principa-
 liter fauorabile tale statutum voluit eleganter
 7 plene Joannes Andree qui allegat Jacobū
 de But. 7 alios docto. in adicti. specu. sup ru-
 brica de testament. Et ista est opinio commu-
 nis 7 tenenda. Ex qua possunt decidi multe q-
 stiones de quibus habetur in dictis locis per
 doctores ad que me remitto breuitatis gratia
 Subsequenter queritur stante statuto qd fi-
 lia dotata no succedat stantibus masculis. naz
 primo est videndum quando filia dicatur do-
 tata 7 clarum quod dicitur esse dotata quando
 in vita pater maritauit 7 dotauit de suo pprio
 matrimonio. l. fi. C. de do. promif. l. que libos.
 C. de se. nup. vel si in vltima voluntate aliquid
 relinquerit filie p eius dote vel pro ea marita-
 da vel quod nupserit iuxta ea que no. Barto-
 lus in. l. iustus. §. i. ff. de leg. secundo. 7 per conse-
 quens illa filia dicitur esse dotata a patre i qua
 pater actum dotandi exercuit. Ita nota. dicit
 Bartolus in. l. titio centus. §. titio genero. ff. d.
 conditionibus 7 demonstra. in versiculo statu-
 tum ē hic: 7 idem voluit baro. in. l. qui pupil-
 lam. ff. de adulte. 7 in. l. non est matrimonium
 ff. de ritu. nup. Quinimo fortius 7 elleganter
 voluit Bartolus in. l. quod autem. ff. de iu. do.
 qd etiam si pater reliquerit filie in testamento a-
 liquam quatitatem licet non dicat nomine do-
 tis tamen in dubio intelligatur pro dote. 7 per
 consequens stante statuto predicto qd filia do-
 tata non succedat ista filia cui per patrem in te-
 stamento aliquid simpliciter relictum est licet
 non fuerit dictum pro dote tamen intelligitur
 dotata et excludit statuto qd est valde singu-
 lare. Secundo aduertendum est qd illud qd
 dicitur femina dotata 7 cetera debet itelligi ad
 hoc vt excludatur quia sit dotata ab eodem d-
 cuius heredi. agitur alias autem licet esset do-
 tata. sed tamen non eēt dotata ab eo de cuius
 heredi. agitur non excluderetur a success. illius
 vt. l. prima cum glo. fi. C. de leg. here. 7 hoc tenz
 ibi Baldus 7 facit quod no. bal. in dicta. l. si
 defunctus de suis 7 legi. 7 pro hoc optime facit
 tex. 7 quod ibi no. per docto. in. l. quoniam no-
 uella. C. de inofficioso testamto. facit quod no-
 ta. bal. in. l. quoniam in prioribus eodem titu-
 lo. 7 facit. l. illam cum ibi no. per docto. C. d. col-
 la. Et aduertendū qd stāte dicto statuto 7 filia
 dotata licet a pte habuerit in dotem minus qd
 fuerit legi. sua nihilominus non poterit agere
 ad supplementuz legiptime. licet legiptima sit
 ei debita omni iure etiam. l. naturale. l. cum rō
 i principio de bo. dam. qm dicta dos succedit
 loco legiptime. vt no. bal. 7 saly in. d. l. maxi-
 mum vitium. 7 per consequens licet dos sit

minus legitima non tamen potest petere sup-
plementum legitime ut no. bal. 7 sal. in. l. om-
nino. C. de inoff. testamento. Quoniam scdm
commutem opinionem. licet per statutum non
possit tolli legitima in totum tamen potest le-
gitima per statutum minui ut voluit cy. bal.
7 docto. in. l. scimus. C. de nup. 7 voluit dynuf
7 bartolus in dicta. l. titio centum. §. titio gnō.
7 idem voluit bal. in. l. cum lege. C. de epif. 7 po-
fuit bal. in. l. i. §. ius naturale. ff. de iust. 7 iure. 7
in autentica nonissima. C. de inoff. testamēto.
in versiculo. quero an per statutum 7 dy. in. c.
indultum de reg. inris in sexto. 7 ibi Joannes
and. in mercurialibus 7 in addit. specu. in Ru-
brica de success. ab intestato. Quarto circa p-
dicta aduertendum est qd stante dicto statuto
q filia non succedat stantibus masculis ipsa
filia priuatur suitate. 7 ideo si fiat testamentus
pater non cogitur filiam instituere vel ex here-
dare 7 si preterierit nihilominus testamentum
valet. l. i. §. sciendum de suis 7 legi 7 ibi barto-
lus in. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de li-
ber. 7 posthu. 7 ibi bal. ang. 7 Raf. 7 imola. Ex
his possent decidi multe questiones de quib-
per docto. in. d. locis. Est aduertendum qd
femina semel exclusa. semper 7 in eternum crit
exclusa nec vltius admittetur etiam si liberi
masculi qui semel fuerint heredes patris po-
stea moriantur. Et hoc est verum quando sta-
tutum simpliciter excludit feminam stantibus
masculis. Secus autem si statutum diceret filia si
succedat donec vel quousq; steterit vel super-
vixerit aliquis masculus. quia tunc filia intelligitur
esse exclusa ad tempus donec supervixerit ali-
qui masculi vel eis deficientibus 7 si fuerit he-
redes femine admittuntur ita dixit Bartolus
no. in. l. si. ff. ad tertul. 7 est secundum baldum
ibi in capitulo primi epus vel abbas. §. i in vfi-
bus feudo. 7 ibi docto. 7 no. baldus in. l. ij. C.
de liber. prete. 7 bal. 7 docto. in. d. l. si quis po-
sthumos. §. filius. 7 bartolus baldus 7 imola.
in. l. gallus. §. qd si tantus de liber. 7 posthu. 7 la-
te per bal. in. l. si quis filium. C. de inoff. testa.
Ex his potest inferri qd stante dicto statuto li-
cet pater fuerit stipulatus emphiteosim vel feu-
dum pro se filiis masculis 7 feminis. licet in
feudo femina veniat in subsidium in capitu-
lo primo. §. nundum qui feu. da. po. 7 ibi in. d. c.
i. epif. abba. vel abba. in. ca. i. §. filia 7 ibi nota.
de success. feu. in. c. i. §. primo. de gra. succ. i feu.
tamen in emphiteosim etiam ecclie filia femina
admittitur vna masculo ex propria natura em-
phiteosis in auct. de non aliena. aut per mu. re-
bus eccl. §. emphiteosim vero. 7 tamen stante
dicto statuto i emphiteosim pater videtur pro
stipulatus pro filiis masculis. Secundario eis no
extantibus pro feminis. ita singulariter dixit
bar. in. l. ut iurciurandi. §. si liberi in fi. pe. coll.
ff. de bo. liber. 7 facit quod no. bar. in. l. in. l. he-
redes mei. §. cum ita i fi. prime coll. verfi. 7 hoc
dico in terminis.
Sequitur glo. Sui testamentum nūcupatiū
sine scriptis facere procuravit 7 fecit.

Hic tractari debet materia testamētorum. 7

testamentum dicitur testatio mētis ut dicit tex.
insti. de testa. or. in principio. 7 dic ut ibi scrip-
si 7 hoc ē secundum allusionem vocabuli. s3 alr
diffinitur ut habetur in. l. i. per glo. bar. 7 doct.
ff. de testa. quā diffinitionem posui supra in pri-
ma glo. in verb. d. Castellan^o 7 c. sūt ergo due
spēs testamentorum vna species que vocat te-
stamentum nūcupat. de qua habetur i. l. hac cō-
sultissima. §. per nūcupationem. C. de testa. alte-
ra species dicitur testamentum inscriptis de q
habetur in. d. l. hac consultissima in principio. 7
l. ad testa. ff. de testis. cum si. Licet quinq; mo-
dis possint fieri vltime voluntates per testm i
scriptis 7 non scrip. 7 sic per nūcupationem
3te p codicillos. itē illa que fit p patrē circa li-
beros. ut. l. hac consultissima. §. ex imperfecto
C. de testamentis. item illa que fit a milite corā
duobus testibus ut. ff. de test. mili. l. diuus. ita
dicit glo. in aucten. de hered. 7 fale. §. pen. Si-
demus itaq; de vna quoc; spē de per se hic
v3 de testamento in scriptis 7 de testamēto nū-
cupatiū de per se. 7 in spiciamus a testamento
inscriptis. Et testamentum inscriptis ē in quo
de substantia requiritur scriptura 7 sine eataz
a testatore vel ab alio loco testatoris quando
testator scribere nescit. 7 a testibus fieri nō po-
test ut. d. l. hac consul. in pnci. sicut dicimus in.
l. contractus cum sua materia. C. de fide. instru.
7 de contractu celebrato in scriptis. facit insti.
de contrabē. emp. §. 7 qd ibi scripsi. forma aut
7 regula testamenti in scriptis est ista v3 q co-
ram septem testibus idoneis subscribentibus
7 sigillantibus 7 testatore si scribere sciat scri-
bente nomen heredis vel ignarus litterarum
alio p testatore scribente nomen heredis. 3ta
habentur in. d. l. hac consultissima. 7. l. i. iubem^o
7 aucten. 3tam regulaz ponit gl. no. quā do.
Raf. no. in. l. qn. in glo. si. ff. de testa. Et no. qz
huiusmodi testamentis vtebatur ciues roma-
ni q non volebant quod sciretur id q in vltia
voluntate eorum disponebant 7 hoc faciebāt
tam in testamento eorum quā ē in testō pupil.
substitutio. ne vite pupilli insidiaretur ut dic-
tex. insti. de pu. sub. §. Sin autem quis. Et fieri
debet ista forma scripto 7 perfecto testamento
vel manu testatoris vel alterius etiam per snū
alienus iussu testatoris. ut. l. seruus. l3. ff. de te-
sta. 7 scribere in si. testator sua manu si scriber
sciat scribat nomen heredis. Sin autem igno-
rās sit litteraruz alius adhibeatur qui loco te-
statoris nomen heredis scribat nomen agno-
men 7 cognomen. ut. d. l. hac consultissima in
principio nisi esset nomen singulare. Ita q
eo non posset error vel ignorantia ut gal'o p
fo ut dicit ibi glo. Et proferat coram dictis te-
stibus q illud est suum testamentum. ut. l. cuz
antiquitas. C. de testamentis. 7. l. iubemus i p
cipio eodem titulo. Et aduertas quando testa-
tor propria manu scribat nomen heredis nō ē
opus ut testes sciant. Sin autem per alius scri-
batur de uoluntate testatoris. tunc omnino p
testatorem nomen 7 agnomen heredis nuncu-
pari debet coram dictis testibus ut testes om-
nino sciant quis fuerit institutus. ut. d. l. iube-
mus. 7 ne ille scribens possit malignare. 7 de

inde testes debent vnusquisq; se subscribere manu propria & sic oportet q; vnusquisq; testium sciat scribere vt. d. l. ad testamentum. nec potest committere alteri q; scribat per se p. gl. in. l. penultima eodem titulo. Et aduertendum qd sufficit q; simpliciter vnusq; se subscribat vt testis. sed opus est. vt in sua subscriptio ne faciat mentionem de testatore & aliorum testium hac forma. Ego talis testis rogatus ad testamentum titij de asinellis vna cum tali & tali & cetera testibus. propria manu scripsi & sigillaui. vt dicit ibi Bartolus & dominus meus. ut expresse probatur in. l. penf. ibi. ppo. Lyrographo. quis & cuius testamentum signauerit &c. Sed licet subscriptio requiratur q; fiat manu propria. tamen omnes testes possunt sigillare vno sigillo tantum. etiam si dictum sigillum fuisset testatoris. dummodo habeat aliquem caracterem vel sculpturam. vt. d. l. testium. §. i. ij. & iij. Requiritur ergo ista duo coplatiue q; se subscribant & sigillent nec sufficiat alterum. ut est tex. in. d. l. testium. §. si quis ex signatoribus. que quidem sigilla possunt fieri & appedi lino siue cordule carte dicti testamenti. siue etiam sint apposita in ipsa carta in qua est descriptum testamentum. siue etiam sit apposita copiture ex qua dictum testamentum est clausum & inuolutum vt. d. l. hac consultissima. & l. testium. §. finali.

Et aduertendum quod potest testamentum in scriptis dictari & scribi vno tempore & ex intervallo postea testes adhiberi & dicere q; istud est testamentum suum & alia fieri de quibus vt. d. l. hac consultissima versiculo. Sed alio tempore tene menti q; testamentum in scriptis non probat nisi coram iudice veniant testes & recognoscant suam subscriptionem & signa. vt. l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmo. testa. ap. q; tene menti. Ideo melius est cum testamento nuncupatio. quia forte in testamento in scriptis anteq; produceretur coram iudice aliquis ex testibus moreretur & sic non posset testamentum probari. Secunda species testamentorum dicitur esse testamenti nuncupatiui q; fit sine scriptura sed coram septem testibus eodemq; tempore collectis vt ipsi testes voluntatem testatoris testm sine scriptura faciens audiant vt dic ad litteras tex. in. l. hac. con. §. per nuncupationem in testamento ergo in scriptis licet testes ignoret quid in testamento continuatur vt. d. est. tamē in testamento nuncupatio opus est q; omnes testes intelligant oia que in dicto testō per testatorem disposita sunt ut ibi & potissime nomen heredis est pronuncian dum palam hoc est q; audiat ab omnibus testibus necessarijs vsq; a septem testibus licet plures adhibiti fuerint non viciatur vt. l. heredes palam. ff. de testa. i principio. Et bene nota. quia testamentum debet sub vno contextu hoc vt null' act' extrinsecus in medio. vt. d. l. cum antiquitas. nam tunc talis inscriptio non viciat & ibi alias secus nisi omnia de nouo reformaretur vt ibi. Et l. scriptura non fit de substancia testi nuncupatiui tamē de cōsuetudine vt semper apere possit testibus mortuis vel viuētib; q; ea que testādo per testatorem coram testibus nuncupatur per

13

notarium publicum redigentem in scriptis. vt l. i. C. de testamentis cum ibi no. in gl. & per docto. qua scriptura publica facta non est op' q; amplius fiat per testes depositio. Sed ipsa scriptura publica notarij facit fidem plenam dum modo in ipsa scriptura sint septem testes dscripti qui fuerunt adhibiti in testamento. Sin at coram testibus testator ordinauerit testamētū suum nec fuerit in scriptis per eū vel notarium redactum. tunc opus est vt dicti testes citatis citandis deponant in iudicio de dicta dispositione testatoris & iste attestaciones reddigi in scriptis. & tunc tales depositiones testium in scrip. redacte faciunt plenam fidem nec opus erit amplius dictis testibus & ipsis mortuis vt etiam viuīs stabitur dictis attestacionibus in scrip. redactis & plenam fidem facient in tantū q; ex talibus attestacionibus in scriptis redactis conceditur beneficium. l. fi. de edicto diui. a dri. toll. vbi. no. per docto. Aduertendum tū ē ad testamentum rustici in quo requiritur q; testes se subscribant. An dicatur testamentum in scriptis vel nuncupatiuum. l. fi. C. de testamētis ibi vnusquisq; pro sua persona subscribat & videtur quod dicatur testamētum in scriptis vt ibi hoc voluit glo. fm opinionem Azo. in verbo sine scriptura. Sed ego crederem q; posset dici testamentum in scrip. & etiam testamētū nuncupatiuum in scriptis dici potest vt p. ibi per magistratibus litteras presentibus subscrip. suā & cetera. Sed ille tex. potest adduci in contrarium quia ibi non requiritur sigillatio fienda p testes vt requiritur in testō in scrip. l. ad testium. ff. de testam. ac etiam ibi vnus testis pot se subscribere. p alio quod fieri non potest in testamēto in scrip. vt. d. l. ad testium. §. i. Sed non pot dici testamentum nuncupatiuum. Dicam ergo q; dī testm nuncupatiuum in quo tamen requiritur subscriptio testm saltem vnus qui sciat litteras vel pot dici q; erit testamentum mixtū ex nuncupatioe quia coram testibus audiētib; & scientibus rusticus debet exponere voluntates suā vt ibi ex isto respectu pot dici nuncupatiuum & testes qui scient litteras debent se subscribere & ideo isto respectu posset dici in scrip. facit. l. munerum in principio de ma. & ho. Et hoc est vtile scire vtrū dicatur in scrip. vel nuncupat. ppter multa. primo pp solemnitates diuersas que requiruntur & potissime si succeditur de iure pretorio. quia si esset testamentum in scriptis daretur bonorum possessio directa. Sin autē eēt testamentum nuncupatiuum daretur bonorum posse. vt ill. & per consequens aliter & alio modo deberet praticari de hoc est casus cū ibi no. in. l. ij. C. de bo. poss. fm ta. Quia si competet vtilis & intentaretur directa succubere. & ita in proposito facit. l. si duo cū ibi no. p. cy. & Barto. ff. de solut. & l. qui stipendia. C. de pcur. facit. l. hic actio cum ibi no. per. d. Floz. ff. si qua pauper. fe. di. Qualiter autē testamētum inter liberos fieri possit dicam infra in gl. in verbo. sibi. b. & g. filios heredes instituit. An autem fm testamentum & quale tollat primum dicam in glo. in verbo cassans & annullas omne aliud testamentum & cetera. Rustic?

autem potest testari coram. v. testib⁹ testando
in rure et sic propter personam in locum ubi
copia maior testium comuniter haberi non pos-
sit. et sic ille favor adhibetur rustico in locum ut
volunt. doct. et Baldus in dicta. l. finali et sic
datur privilegium persone et loco ut patet ibi.
Sin autem in illo loco. Ex quo sequitur si ru-
sticus potest habere plures testes tunc requi-
runtur testes septem ut voluit tex. ibi a ratioe
cessante et voluit ibi bar. et idem bar. in. l. confi-
ciuntur. §. i. ff. de iure codici. Qui quinqz testes
opus est ut postea deponat coram iudice. ut
d. l. conficiuntur nisi et scriptum per publicum
notarium. Et est advertendum quod eo ipso quod
quis dicit quod plures testes quam quinqz habe-
ri non potuerunt fundata est intentio sua nisi
contrarium probetur ut ar. l. cum lege de pro-
bationi. Ita dicit Bartolus in dicta. l. confi-
ciuntur. §. primo ut ergo quis possit uti dicto
privilegio quinqz testium. Quero quis dicitur
rusticus. et videtur quod omnes qui sunt ex-
tra civitatem et castra et sic qui habitant in vil-
lis et montanis dicantur rustici ut. l. i. §. rusti-
ci. ad null. off. lib. xi. tit.
bar. in. l. conficiuntur. §. i. appellat isto casu ru-
sticos etiam qui habitant in his castris puis
in quibus non est copia hominum. Ex his po-
tes tu inferre quod si rusticus testatur in civitate
quod debet testari coram septem testib⁹ alias
non valebit testamentum quia privilegium pre-
dictum non tantum persone rustici conceditur
sed etiam loco ut dixi. igitur quando extra vil-
lam testatur non habet dictum privilegium.
Quero si civis testatur in villa. An possit co-
ram quinqz testibus testari et videtur quod non ut
dixi quia dictum privilegium non conceditur
solum loco sed etiam persone rusticorum igitur
et. Ita tenet bar. in. d. l. conficiuntur. §. i. per il-
lum tex. sed Jaco. de hare. et ita etiam tenet in
d. l. si. quod etiam sequitur ibi ange. l. 3. pe. et cy.
teneant ibi parari sed ista opi. appellat ibi bal-
dus equoorem per illum tex. ad rei humanita-
